V. PARS

ANTIQVITATVM ROMANARVM

Siue III. Tomus,
Inscriptionum & Monumentorum, quae Romae in saxis & marmoribus visuntur

Autore

II. Boissardo Vesuntino omnia studiose conquisita & excepta,

Artificib' vero


Theodori de Brij relictis filijs recens in aere efficta foras data. Francf.


Anno M. DC.











B. F.



ILLVSTRI ET GENEROSO VIRO FRANCISCO BOVRZOLLIO, EQVITI AVRATO, BAroni de Baurepos, Domino in Bourzoles, Berbieres, Rosignac, Dauignac, Cassaide, &c.

PRODIERAT in lucem ante biennium sub meo nomine tractatus de Topographia Romana: in quo non solùm veteris Vrbis typũ videndum Lectoribus proposui cum suis vicis, insulis, regionibus, & illustrioribus ædificijs, tam publicis quàm priuatis, sacris & profanis, sed etiam nouæ Vrbis (qualis hodie spectatur) descriptionem satis exactam inserui tam scripto, quàm pictura, ratus hanc meam operam non mediocriter conducere ijs, qui Romam venturi sunt: qui tanquam manu ducti, poterunt sine difficultate singula, quæ in tanta tamque celebri Vrbe notatu digna sunt, perspicere. Et hic meus conatus tam ijs qui in Vrbe degunt, quàm peregrinis viatoribus iudicatus est vtilis. Non enim omnes ciues exactè norunt quæcunque in ea ciuitate domibus priuatorum asseruantur, aut publicè videnda proposita sunt: Et si ea norint, multas tamen fabulas suis narrationibus immiscent, tam falsas quàm ridiculas. Vt exempli gratia: Pyramidem illam ad portam S. Pauli mœnibus adhærentem dicunt Rhemi & Romuli esse sepulchrum. Inscriptio tamen illa, quæ tanti ædificij continetur fronte, ostendit C. CESTII VII. Epulonum, vel potiùs Collegij Epulonum Sacerdotum fuisse conditorium.

Duo illa templa rotunda in foro Romano SS. Cosmæ & Damiano sacrata, asserunt Remo quoque & Romulo ab antiquis dicata fuisse. At certum est id esse falsum, sed fuisse delubra Castoris & Pollucis.

Montem Testaceum vulgus credit conflatum esse ex congerie vasorum fictilium, quibus peregrinæ prouinciæ annuas tributorum pecunias Romam in ærarium importabant: Et ideo

montem illum dici monte d'ogni terra, quòd ea vasa in rei memoriam eò sint proiecta. Alij existimarunt molem illam coaceruatam fuisse ex fragmentis fideliarum, quæ à figulis reijciebantur in eum locum, ne alueum Tiberis, ad quē habitabāt, impedirent. At ego alibi ostendi Circum Olympicum, in quo sese iuuentus cursu, cestu, equitatione & lucta exercebat, illic fuisse: ideo non potuisse figulis committi, vt eum in locum excrementa suarum officinarum reijcerent. Quodque experientia docet vrnas illas nouas esse, integras, & ad mortuorum cineres recondendos accommodatas. Quod meo tempore diligēs harum antiquitatum scrutator Antonius Lafrerius Typographus detexit.

Quid dicam de fabulosa narratione plebis, cur aqua Tiberis Romæ sit potabilis, & cisternis clausa ad multos annos seruetur incorrupta: Supra Romam verò breui spatio temporis putrescat. Miraculum hoc effictum cum admiratione recensent, ante aliquot sæcula Patricios dissensione facta cum Populo, non permisisse plebem haurire aquam ad potum necessariam ex puteis domesticis: Ita pauperes dira siti vexatos ad sancti Pontificis pedes gemebundos procubuisse, rogantes vt eius auctoritate reconciliarentur cum Optimatibus: id cum Pontifex impetrare non posset, Vrbanis omnibus puteis maledixit, & Tiberinas aquas consecratas reddidit potabiles. Ex eo tempore puteorum lymphæ semisalsæ, insipidæ, & putidæ factæ sunt in hodiernum vsque diem: Tiberinæ verò salubres & sapidæ: & ex quibus omnes bibunt tā nobiles quā plebeij. Speciosa fabula scilicet, & nugis plena: cum certū sit ex mixtione Anienis nitrosi fluminis Tiberinam aquam à putredine vindicari, & ad lōgum tempus saluberrimā cōseruari.

Eiusmodi plurima recitātur de statua illa equestri ahenea M. Aurelij Antonini, quæ erecta est in area Capitolina sub Ara Cœli: vulgus ait fuisse decreto Senatus positam cuidam Rustico, qui dū Roma à Gotthis obsideretur multa fecisset ad Vrbis liberationem, & barbarorum repulsionem. Eiusmodi quoq; recitantur nō sine risu historiæ de infinitis statuis colossæis, quas Gigantum fuisse credūt: de vastis illis lapidum molibus Amphitheatri, quæ humeris Angelorum sustentatæ sunt impulsæ à Dæmone, dum Pontifex in supplicationibus publicis, ex Laterano templo ad S. Petri fanum, quod est in Vaticano, religiosè procederet gestans manibus sacramentum Eucharistiæ.

Quæ nō dicuntur de locis illis subterraneis, quæ Catacumbæ vocantur, in tēplis sanctorū Sebastiani & Laurentij: de Sepulchro

chro illo Porphyritico Constantiæ Cōstantini Magni filiæ, in tē-plo diuæ Agnetis:&id vulgariterBacchi dicitur conditoriū.Quę si statuissem singula describere,duplicē nugarū Iliadē contexerē.Nihil certè est, quod à rerum imperita plebe nō publicetur fabulosè: Quibus dum peregrini aures præbent attentas, fastidium illis auscultandi nascitur, cùm non possint verum à falso discernere: nugas tamen has commentitias agnoscunt.

Hæc fuit causa, cur dum Romæ essem, breuem illam Vrbis descriptionē trium diætarū conscripserim in gratiā eorum, qui ex diuersis Italiæ Academijs ad Vrbem perlustrandā veniebāt: existimauiq; non parùm conducere ijs, si omnia quæ tā publicè, quàm priuatim habentur ab antiquitate nobis relicta,ordine concinno enumerarē,quæ singula essent, quod cuiusq; signum, cuius Dei, cuius viri aut mulieris,cuius artificis:quæ ædes sacræ,cui Numini destinatæ, à quo, & quo tempore dedicatæ,quando demolitę aut restauratæ: Theatra, Thermæ,balnea,circi,pōticus,arcus triūphales,fora,pōtes,fontes,aquæductus, curiæ, pyramides,obelisci,columnæ,& alia eiusmodi, quæ vel integra adhuc supersunt, vel semiruta,aut solo æquata apparētibus adhuc aliquibus vestigijs: ex quibus ædificiorū sepulchrorūq; præstātia & sumptuositas, magnitudoq; & opulētia Romani Imperij iudicari pōt. Hæc omnia curioso homini (si præsens ea spectet aut absens si legat) iucunditatē nō mediocrē adferet:sed maximè spectatori,ad quem vberior fructus accedet:dū attētè considerabit venerādæ illius antiquitatis reliquias admirādas,artificū industriā inimitabilē in sculpēdis & poliēdis illis marmoribus tā duris,vt omnē chalybis aciē retundāt:quod nostri lithotomi quotidie experiūtur,in Ophite, in Basalte,in Porphiro,lapide Aethiopico,&Lydio,alijsq; marmoribus Oriētalibus,in quibus exscindēdis & sculpēdis sine fructu se quotidie enecāt. Videmus tamē nihil esse tam difficile, ꝙ ingeniosi illi sculptores antiqui nō potuerint pręstare. Quātùm mirabimur,dū spectamus & meritò miramur, qua sedulitate,quibus machinis vsi sint in vastorū illorū lapidū molibus subleuādis? in erigendis obeliscis tanti pōderis,qui ferè omnes ex Aegypto, & rupibus Aethiopicis exscissi, impensis incredibilibus Nilo secundo perducti sunt Romā. Hæc quicunq; diligētius contēplatur, attonitus hærebit,nescius qua arte, quo ingenio tā vasta onera potuerint moueri,quo modo extolli integra,& per tot sæcula conseruari. Quod tamē ante paucos annos docuit fieri posse Architectus, ille nobilis Dominicus Fontanus Comensis, qui Sixti VI. P. M. hortatu

obeliſcum vaticanum ſuo loco motum, tranſtulit in mediam illam plateam, quæ templo S. Petri, & palatio Pontificum imminet. Illum ſanè meritò noſtri ſæculi nouum Archimedem poſſumus compellare. Dolendum eſt alios duos obeliſcos ex eodem Thebaico vel Ophite lapide factos (qui ad Auguſti Mauſoleum fuerant olim adplicati, meoque tempore rupti in via Flaminia iacebant(non remanſiſſe integros: potuiſſet magnus iſte vir ijſdem conatibus eos rurſus erigere, & locis celebribus collocatos proponere ſpectandos tam ciuibus, quàm aduenis: vt ille vtrumque eleuauit cimento tenaci fragmenta compingens: vnumque non procul à templo S. Mariæ populi, alterum ad ædes Lateranas tranſtulit.

In his omnibus colligendis & delineandis, non ſine laude cum me inſudaſſe, meoſque labores doctiſſimis quibuſque non diſplicuiſſe animaduerterem, ex eorum ſuaſione & hortatu Topographiæ adiungere ſtatueram inſcriptiones omnes, quæ marmoribus antiquis inſculptę paſſim in Vrbe videntur. Iamque duo prima volumina in publicum prodierant, bonorum omnium applauſu non mediocri: reſtabat adhuc pars maior cælanda, quæ morte ingenioſi viri Theodorici Bryij ſculptoris Leodienſis imperfecta relicta erat. Eamque ſuppreſſam reliquiſſem, niſi amicorum inſtinctu eidem manum poſtremam imponere cogerer. Cum etiam ad hoc opus perficiendum duo Theodori Bryij filij Theodorus & Iſrael parentis induſtriam ſecuti, & nō minus propenſi ad publicam vtilitatem promouendam, ad hoc ſtudium vltrò ſuam operam mihi obtuliſſent: Quorum beneuolentiam vt amplector, ita quoque mihi fuerit gratiſſimum eorum auxilio quod reliquum eſt abſoluere.

At ne in inſtituto progrederer, mouerat me hoc vnū, quod tam multi graues viri manum iam antea huic operi adpoſuiſſent, præclaramque laudem inde reportarant vt Cyriacus Anconitanus, Marullus, Mazochus, Apianus, Amantius, Errizus, Guicciardus, Porcatius, Sigonius, Mercurialis, Honufrius, Lazius, Goltzius, Brizonius, Torrentius, Iulius Roſcius, Antlafrerius, Salamanca Hier, Occo, Octauianus & Iacobus Stradę, Gabriel Simeon, Fonteius, & Iacobonus: Quibus acceſſerunt Paulus Knibius qui Romana omnia manuſcripta habuit, & maiorem partem eorum quæ videntur in Italia. Merula excepit Gallicanas inſcriptiones, Pigonius Viennenſes Allobrogū, idem Cnibius & Ricardus Arelatenſia. Paradinus Lugdunenſia, Huttichius Moguntiaca, Velſeri

Vindelica, Mercator Coloniēsia, Viuianus Cliuensia: aliiq; plurimi in hoc genere studij egregiam nauarunt operam. Sed inter cæteros opus laude dignissimum ad publicam vtilitatem ediderunt viri doctissimi Carolus Clusius, Metellus & alij, qui Martini Smetij collectiones correctas, & à Iusto Lipsio eleganti supplemento auctas prælo subiecerunt. Post quorum conatus superfluum mihi visum est eidem operi manum adponere, ne idem scribere, & cognita omnibus obtrudere iudicarer. Quid enim possem melius, quid doctius præstare, quàm quod tot tantique viri præstiterunt? Sed maximus & eruditissimus Gallorum celebris ille Iosephus Scaliger dicitur Smetiana in manus sumpsisse, & correctiora publicare velle, additis etiam Gallicis inscriptionibus, quæ non admodum minori numero esse dicuntur, quàm Smetianæ. Eas tradiderat Hieronymo Commelino illustrissimi Principis Friderici IIII. Electoris Palatini typographo Heydelbergæ, viro docto & erudito: qui quia superiore anno diem postremum obijt, Scaligeranum volumen commissum est clarissimo viro Ioanni Gruttero I.C. Palatino Consiliario, in quibus componēdis & adornandis totus nunc versatur. Neq; tam excellens opus potuisset in manus venire alterius, qui maiori diligentia, exquisitiore iudicio polleret.

Hæc dum considerarem exactius, & absolutos aliorum labores mihi ante oculos proponerem, mirum nō est, me incepto labori supersedisse, ne tantos auctores non æquis sequerer passibus. Sed ipse Crusius, & Glutterus Melissusque viri acutissimæ censuræ, pusillanimitatem meam ridentes exhortationibus impellunt ad negotium promouendum: Rationemque hanc addunt, quod literatis meæ inscriptiones nihilominus placere poterunt (licet eadem in medium proferam, quæ & alij) quod cum scriptis lapidum formas, signa, & figuras adpinxerim: Et id neminem ante me fecisse compertum est præter Lafrerium, qui centum ad summum ædificia, & sepulchra designauit. Roscius circiter ducenta. Sed Roscij mihi publicanda commissa sunt: cùm vir optimus à Pontifice Legatus missus ad Rhœtos in via defunctus est Mediolani, & in æde Sancti Carpophori sepultus.

Si igitur promoueam cœptum ex sententia doctorum, non mihi, opinor, vertetur vitio: cùm eorum iudicium legis vice obseruem & sequar. Quòd si meus conatus minùs respondeat multorum expectationi, in arbitrio erit lectorum probare mea scripta, vel negligere. Scio tamen omnibus

bus non displicitura; si ea æqua librent trutina, neque œstro absurdæ reprehensionis,& morosæ censuræ ferantur, qualium hodie numerus nimius est. Nihil enim probant plerique, nisi quod ipsi commentati sunt. Et quamuis rei illius quam reprehendunt, sint ignarissimi,non desinunt tamen in eam ferre censuram apud sui similes.Nostro hoc malo difficilique sæculo sciolis istis moris est omnia mordere,expungere, improbare,& irridere, simiarum more,quæ nudis licet sint natibus, aliorum tamen defectus notant. Ita hi homines, quicquid alienorum Caborum nanciscuntur,ea statim superciliose examinant,librant,trutinant, maliciose singulis inhærentes, vt in puncto vel virgula inueniant, quod correctione dignum videatur.In eo sarcasmis, sibilis, explosionibus petulanter ad insaniam vsque sibi indulgent nodum in scirpo quærunt:Et liuore deleri, tantum sibi demi putant quantum alijs tribuitur. Ideo ringuntur intra se, & lippitudine mala laborantes,iubar solis ferre nequeunt, ita isti ad alienam gloriam cœci percelluntur,ac dolore malo tabescunt: data opera leuiter prætereuntes,quæ laude digna esse, non possunt inficiari, & insistentes iis,in quibus vel mediocre vitium comperitur. Malis his animabus sufficit reprehendere,& vituperare aliena, laudare neminem. His satisfacere mei non est instituti.Sufficit mihi si mearum lucubrationum Iudicem vnum aut alterum idoneum nanciscar, qui mihi mille malorum vice fuerint.

At cum in his antiquitatis reliquijs progressurus sim, ex omnibus nostratibus te vnum delegi, Heros clarissime, cuius patrocinio meum librum committam, cum inter Gallos generis splendore, animi candore, & literarum ornamento nulli sis secundus:virtutes sanè in Gallia satis raræ, apud nobiles potissimum, qui bonarum literarum, & disciplinarum liberalium cognitionem non admittunt,tanquam illustribus indignam stemmatibus:ideo pauci inter nobiles inueniuntur qui libris incumbant.Militiæ exercitijs tantùm dediti, reliqua ad se pertinere non arbitrantur: quiq; in iuuentute aliquo modo instituti fuerunt in ingenuis studijs,adultiores redditi ea dissimulant,tanquam grandi vituperio digna:hocque sarcasmo notant eruditos, eos gestare gladios suos in auribus, redolere caracallam togam, sapere scholasticum calamum, & eiusmodi scurrilia scommata, quæ ab aulicis istis Thrasonibus effutiuntur:quorum superba iactantia, & stoliditas omnibus ridicula est & odiosa. At tibi non eadem animo insidet opinio,Tu Musas, tu doctrinam,quo par est honore,

prosequeris, literatos amas, foues, & defendis. Meque antea non visum summa beneuolentia complecteris: quæ me ratio cogit vt aliquo officio me gratum erga te præstem. Cumque vt tua est magnitudo, & opulentia, tenuibus meis iuuari facultatibus nequeas, neque optes, munus hoc literarium tibi offero. Tu, vt bonus audis, eximiæq; & humanitatis & comitatis, boni consules id quodcunque est, quod reuerenter offert tuæ virtuti.

Tui obseruantissimus studiosissimusq;
Ioan. Iacobus Boissardus.

PAVLVS MELISSVS COMES PALATINVS, SACRÆ MILITIÆ EQVES, ET CIVIS ROMANVS, IN TERTIVM LIBRVM inscriptionum Romanarum.



NTIQVITATES, quas perampla Romuli
In Vrbe miramur, tua,
Boissarde, pridem dextera, haud graui sine
Labore pictas, tandiu
Latêre priuis ecquid ab in scriniis
Ecquid tot annis obsitas
Senere persers? ede tandem, amabo te
Et has, tuosq; Cæsares
Spirante factos è metallo viuidos.
Prodesse nati, plurimis
Prosimus: haud amiculis solummodò.
Non Imperator hic recens
(Vt liberalis est) vetustis cesserit
Pensans labores regibus.
Auro coronet ille iustis præmijs
Tuam remunerans manum.
Lauro decoras (namque hac dignus es)
Tibi renodabo comas.
Addam corymbos, myrteasq; bacculas,
Auctorq; posteris ero,

Laudes vt æternante versus hos
Tuo sculpant honori in marmore.

VATIQVE PICTORIQVE SOLERTISSIMO
MVSIS AMICO ET GRATIIS
PERENNE BOISSARDO SVPERSTITI, DATVM
VIX QVALE CONSTAT MORTVIS.
MERCEDIS ERGO COLLOCANDVM MARMOR HOC
AETERNA FAMA CENSVIT.

IN EVNDEM LIBRVM INSCRIPTIONVM DIONYSIVS GOTHOFREDVS. I.C.

QVOD HBH ÆVITERNÆ
SENECTVTEM SATVRNIAM
A DIS MANIBVS INVIDIA
SACRA OCCVLTAM
QVOESITAM DIV ET IRREPERTAM
MVLTIS SÆCVLIS
HERCVLEO LABORE
MANIBVS EORVM AVLSAM
IANVS BOISSARDVS
AEVITATIS ANTISTES
RELIGIOSISSIMVS RESTITVIT
OLLI IANO BOISSARDO
SATVRNIA SENECTVS
HBH ÆVITERNA
DVLCISSIMI FOEDERIS ET
CONIVGII MEMORES
HBHN IN SENECTA
SENECTAM IN HBH
MERITISSIMVM PRAEMIVM
MEMORI DEDERE.

PRO-

PROSPERI VENTIDII VMBRI IN IANI IAcobi effigiem.

SCIRE cupis quem Boissardum Natura creauit?
Externam faciem heic picta tabella refert.
Internam graphica signatam in imagine doctum, &
Peligno dignum Vate poëma dabit.
Si quos sustulerit dum viueret ille labores,
Quæq; habuit terra incommoda, quæq; mari;
Vita eius descripta docet: Simulacra Deorum,
Et genera, & classes, priscaq; religio
Diuersis mandata libris, habitusq; virorum
Innumeri, antiquis eruta ruderibus
Vrbis Romanæ monumenta Auctoris abundè
Ingenium, & facilem dantq; probantq; manum.

IN EANDEM EFFIGIEM A ROBERTO BOISsardo pictam & cælatam.

BOISSARDI hæc pictura refert pulchra arte figuram.
Cernis vt iste labos æquet Apellis opus?
Quod spectas modicum est: animi virtutibus ille,
Si nescis, longè præstat, & ingenio.

IN EANDEM EFFIGIEM A NICOLAO LASsæo Catalauno artificiosissimè pictam.

QVISQVIS contulerit breui huic tabellæ.
Lassæi artificis manu expolitæ
Boissardi faciem superstitis: vel
Is vtrumque putabit esse viuum:
Aut vtrumque putabit esse pictum.

AD ILLVSTREM ET GENEROSVM HEROEM FRANCISCVM BOVRzollium, Equitem auratum, & Baronem de Beaurepos I. Boissardus.

PRAETERITA antiquis qui nescit tempora saclis,
Et priscas vecors negligit historias;
Dextro oculo lippus læuo cæcutit: & amens
Ad pueri fatuum vertitur ingenium.
Nil solidi aut certi meditatur: friuola mente
Concipit, & nugas futilis ore parit.
Omnibus obiectis impingit, & hæsitat: omnis
Expers consilij nil ratione gerit.
Vt sine remigio qui mota per æquora cymbam
Credit se & tumidis non benè sanus aquis,
Effugere obiectas nequit eluctando procellas,
Murmura vesani ferre nec alta sali.
Huc illuc miserè spumosis truditur vndis,
Donec sit cæco turbine mersa ratis.
Non minus ignaræ peragit qui tempora vitæ,
Nec naso cernit longiùs ipse suo,
Dicetur meritò stultorum de grege: quorum
Nec Sophia adiutrix, nec comes esse potest.
Hi tantùm curuo terram proscindere aratro
Sunt digni, & dura cogere farra manu.
Ridiculam sparsa faciem præferre farina
Tectam, & versatis obdere flabra molis.
Vel cophinis lectos ex arbore condere fructus:
Aut sude inhærentes enucleare nuces.
Ruri hoc conueniens animal neque Curia curat,
Vt lites culto terminet eloquio.
Nec lateri adstabit Prætoris, vt ante tribunal
Exponat dederit quæ sacra iura Themis.
Sed cuius sanctæ polierunt pectora Musæ,
Quem rerum exercet sedula cognitio,

Hunc

Hunc adhibet rebus Res publica docta gerendis:
Hunc ob virtutes iure Senatus amat.
Assessor Regum belloq; & pace secunda
Præsidet; & nitidæ splendet honore togæ.
Is Patriæ iustis fines defendit in armis
Dux equitum, aut peditum rector vtriusq; bonus.
Non illum terret, ferro quæ armatur, Enyo:
Nec quæ cæsorum tela cruore madent.
Pugnarum strepitu micat, & clangore tubarum
Exsilit: his animi vi meliore vigent.
Omnia discernit dum præuidet omnia prudens:
Nec dubijs rebus prouidus obruitur.
Longa catum fecit dudum experientia: namq;
Ille ex præteritis acta futura notat.
Tanti est nota viri prudentia: cœlitus illa
Soli homini vt Diuûm munere contigerit.
Hinc illa antiquis, titulis illustribus orta,
Virtutum assertrix edita nobilitas.
Hac magni Heroes famam meruere perennem
In terris: altos hac petiere polos.
Hac proaui micuere tui, quà læta Lemouix
Rura colit, partas & tibi seruat opes.
Hac tu clarorum Soboles condigna Parentum
Excellis, per te nobilitasq; genus.
Atq; decus patrium proprijs virtutibus auges,
Inter vt est Solis sidera cuncta iubar.
Martia te primos inter statuitq; locatq;,
Annumeratque suis Gallia Principibus.
Quòd defensa tuo est ciuilibus anxia bellis
Robore, & hostili non ruit icta manu.
Quando peregrinas multo mœrore phalanges
Mille coacta dolos, funera mille pati.
Dum vacuæ cæsis lugerent ciuibus vrbes;
Oppida diuitijs dum spoliata suis.
Dum Ligerim læuus repleuit sanguine Mauors,
Puniceisq; rubens Sequana fluxit aquis.

Sisteret iratum nec sæua incendia Numen,
Queis sunt cum domibus mœnia quassa suis.
Tunc quæ non pauida subijsse pericula fronte
Te iuuit? quæ mens? quis tibi vultus erat?
Quis non commouit stimulatas impetus iras?
Quæ bilis non est excita pectoribus?
Vt patriam propriæ auderes præferre saluti,
Credita quæ vita est carior esse tua.
Tunc tibi inausum nil, intentatumq; relictum est,
Quin tua vis miseris redderet auxilium.
Hoc virtutis opus, generosa hoc pectora præstant:
Hoc studium pacis, militiæq; decus.
Quæ non permittent te vlli parere secundum.
(Aequales virtus æmula ferre potest)
At quorsum hic, dices, contextus carminis ordo?
Ad nostras laudes quid facit iste liber?
Dicam ego: ad historiæ seriem debere referri
Quæ legis hic breuibus composita historijs.
Priscorum quòd si sæclorum scripta reuoluis,
Si iuuat & lectis inuigilare libris,
Vnde tibi in promptu sapientia summa paratur,
Quæ te admirandum regibus vna facit:
Certum est in nostro nihil esse volumine, de quo
Non aliqua emanet protinus vtilitas.
Adde quod hic mixtum iucundum est vtilitati:
Vt fructum duplicem pagina quæque gerat.
Namq; his multa leges Virtutum encomia chartis.
At virtute bonis gloria parta placet.
Nemo nisi insanus hanc reijcit, aut mala cui mens.
Atqui ea languescit quæ sine honore venit.
Formam antiquorum hic cernes, statuasq; Deorum:
Signaq; sacrificis deuenerata focis.
Hic aræ, hic tripodes, hic lectisternia Diuûm.
Expressa hoc sacri thuris acerra loco:
Viscera in Enclabri tetricus rimatur Aruspex,
Aptato an sedeant pulmo iecurq; modo.

An

An cor extulerit geminum caput: ilia nun sint
Læsa, vel intorto sit diaphragma situ.
An sanguis iugulo crassus distillet aperto.
An fugiat nudos victima ducta Popas.
Augur adest cinctu tectus velata Gabino
Pectora, sacrorumq; omina cuncta videt.
Et lituo cœli regiones signat: vt inde
Contemplans docto pernotet augurio,
Præpetibus pennis dextram, læuamue volucres
Spectent: an æther oscine clangat aue.
An corui crocitent: vlulet de culmine bubo:
Lugeat an cæsum Daulias ales Itin.
Succinctus caueæ clathros Pullarius aptat
Fatidicas plena lance aditurus aues.
Esuries volucrum, tripudiq; solistimi habetur
Auspicium felix: tristius omen erit
Si fugiant offam adpositam, pultisq; catillum
Subuertant: auidè glubere cuncta bonum est.
Siquid at exciderit pullorum ex ore sacrorum,
Pars ea fausta, solum siqua pauiret, erat.
Nec satis: ornatus candenti veste sacerdos
Lustrales circum tesqua refundit aquas.
Signati obseruat cœli qua fulmina parte,
Quoq; modo in terras eiaculata ruant.
Exquirit solers quæ cliuia, quæq; caduca,
Quæ nocturna simul, quæq; diurna forent.
Et quæ fatali collucent fulgura flamma:
Quæq; minus terris bruta nocere solent.
Intonet an læuum: an cœlo fulgetra sereno
Conspicuum crispo strinxerit igne iubar.
Omnia disquirit: rimatur quæq; sub altis
Tesquis, discernens omina ab ominibus.
Si rite ambegnus veruex, aut taurus agatur:
Si quæ ambaruali dona cremanda foco.
Aut quæ Pontificum caudatenus hostia flammis
Vritur, estq; illis hoc cauiare sacrum.

Obseruat diræ strepitumue sonumue dedissent,
Murmure conceptas quæ impediere preces.
Reddita tum postquam sunt vota, & rite litatum
Deuotos epulis tunc iuuat esse cibos
Flaminibus dextræ partes, & pectus, & armus
Cedunt: cætera sunt sanctificata Deo.
Circum aras agitare choros agili pede certant,
Atque hymnis Superos concelebrare pijs.
Nec tantùm hîc ordo sacrorum traditur, aut quæ
Prodidit antiqua relligione Tages.
Sancta hîc selecti subsunt decreta Senatus:
Et pace & belli tempore quæque gerit.
Quæ delubra suis Diuis, quæ altaria ponat,
Quæ monimenta Deis, quæ simulacra locet.
Queis titulis ornet, qua laude & honore merentes.
Per quos resq; domi est, & benè gesta foris.
Hic circi, hic arcus, & thermæ, & vasta theatra.
Hic flauas Tiberis pontibus arctat aquas,
Nobilium hic graphicè signata superbia fastus:
Hic conscriptorum pompa verenda Patrum.
Hic ostenduntur palmatis pallia limbis,
Augustis tantùm congrua Cæsaribus.
Et quæ Magnatum prætextas purpura cingit
Patriciæ forma est hic sinuosa togæ.
Hic paludamenti, & chlamidis descripta figura,
Glauati species hic trabeata sagi.
Loricæ, & pauidus cristatæ caßidis horror.
Gesaq;, & immani torta sagitta Geta.
Sarmaticiq; ingens lunatus militis vmbo:
Et metuenda fero dura securis apro.
Junctaq; Lucanis Latialia pila verutis,
Et peltæ, & clipei, spiculaq;, & gladij.
Et frameæ, & Scythicæ gentis Corittus & arcus,
Et qui multiplici baltheus ære sonat.
Hic Matronarum rhedæ, & pilenta videntur
Mollia, & auratis esseda facta rotis.

Et

Et quæ Sidonio saturata est murice palla;
Et stola conchyli lemmate texta fluit.
Vt mulier picta placeat succincta crocotta:
Vt sit ad extremos instita tensa pedes.
Carbasaq; vt longo sinuantia syrmate terram
Contingant Latijs congrua virginibus.
Quæ crines nebulis textilibus exornantes
Auro illustratis emicuere comis.
Pectora præcingunt torques, redimicula frontem,
Cælato circum lucida Sardonyche.
Non illis Adamas, viridis non defuit illis
Smaragdus, non quæ cœrula gemma nitet.
Quiq; & ab Eoa veniens regione Pyropus
Perstringit flammis lumina tacta suis.
Et (qualem digito Berenice aptauerat olim)
Berillus, Phario femina chara Duci.
Et Ptolomææ Cleopatræ insignis inauris
Vnio, sed Gnidiæ dignior aure Deæ.
Quicquid & in toto fuerat preciosius orbe,
Romanæ ornari hoc se voluere nurus.
Nec tantùm cultus istos vestitus habebat
Quantum in priuatis ædibus extiterit
Sumptus miremur: fuerat dum tota supellex
Aurea: gemmatis dum rubuere scyphis
Vina, & posthabito elegit cristallina vitro
Plebs stolida: electro nauseabunda bibit
Nobilitas plenis potans Setina metretis,
Lubricaque annosis condita Chia cadis.
Vastos mensarum distinxit grande Ebur orbes,
Et texit molles purpura fusa toros.
Tunc quæ non positis fumarunt fercula discis?
Quæ non est auidæ mota saliua gulæ?
Vile garum patinas nonquam conspersit Apici:
Nec beta vt saperet vina piperq; datum.
Sed muli grandes, & quæ Lucrina Peloris
Baianum illustrat nobilitatq; sinum.

Lu-

Luculli placuit murena assata palato:
Et turdi, & gelida captus in Alpe lepus.
Vulgares epulas gallina & capo dederunt,
Et vilis visa est tunc galerita coq...
Nouit discrimen pulli puer atq; palumbi:
Perdici & Phasis pusio risit aui.
Deiectam saturis lucanica mouit orexin:
Neglecti facta est perna medela meri.
Texerunt mensas bellaria crebra secundas
Scriblita, & sapidis crustula tincta fauis.
Mixtaq; odoratis fluxerunt balnea lymphis,
Structa peregrinis balnea marmoribus.
Adde quòd & priscis compar impensa sepulchris:
(Maxima in extremo funere cura fuit)
Ditia subpositis oluerunt cinnama flammis,
Stillarunt olidis balsama mixta rogis;
Funereo humanum dum arderet in igne cadauer:
Instrueretq; suas ascia cauta Pyras.
Sed postquam inferiæ placatis Manibus essent
Factæ, & Summano iusta soluta Ioui,
Auro aut argento cineres vel in ære reposti:
Vrna etenim certum non tulit vlla modum.
His super impositi precioso ex marmore cippi:
Quæq; aræ vernas sustinuere rosas.
Florea circa quas effundere serta quotannis
Cognato assuerat sanguine iuncta manus.
Atque vmbram vino atq; epulis placare sepultam:
Suntq; rati hoc sese rite litare sacro.
Dum nostris igitur propono hæc singula chartis,
Noster erit marcens & sine honore labos?
Nequaquam: meliore anima es: tibiq; intima Phœbus
Corda regit, cuius Numine tacta calent.
Et tibi Castalides mitem sub pectore sensum
Ambrosia tincto subposuere fauo.
Dulcia quo facili decantas carmina metro:
Quæ sunt Pieria carmina digna chely.

Has

Has mihi miranti virtutes magnus Apollo
Hic tibi Patronus commodus, inquit, erit.
Suaue est doctorum censuram ferre virorum:
Queis magis humanum pectus inesse solet.
Ad te igitur suasore Deo, atque iubente recurro,
O Perigordæi gloria prima soli.
Si tu opus hoc nostrum vultu meliore probabis,
Vno te lætus iudice Victor ero.
Nec fuerit durum tantos subiisse labores,
Nec tantum ornandis incubuisse libris.
Si tibi quæ à nobis fuerint descripta placebunt,
Suscepti precium id grande laboris erit.

IN TERTIVM LIBRVM INSCRIPTIONVM ROmanarum Boissardus ad Lectorem.


LECTOR, en tibi tertium volumen
Inchoati operis: quod exhibebit
Priscas Romulidum tibi videndas
Vrbis relliquias. Supersedere
Instituto operi quidem volebam:
Ne grauis tibi lectio otiosa
Scriptorum toties foret meorum.
Verùm vt progrederer iubent amici:
Non qui de numero minus probato
Fex stulti tulit imperita vulgi:
Sed Musarum & Apollinis sequaces
Magnus Clusius ille, magnus ille
Melissus, gemina huius astra sæcli.
Franciæ geniale sidus iste,
Vt ille Atrebatum perenne lumen.
Quorum iudicium atque opinionem
Omnes non dubito sequi eruditos.
Id verum esse probat breuis librorum
Diuenditio toto in orbe, nuper
Qui cusi Bryiis fuere prælis.
Haud posthac mihi lucubrationes
Molestæ fuerint: nec hæsitasse

Durum erit pluteo: Et librata amussi
Circinoq́ quadrata cum rotundis
Formas rhombi, hemicycli, & angulati
Et cubi latera æqua penicillo
Exacto ordine pingere: siue pontes
Arcus, pyramides, domus, columnas,
Erectiq; obelisci opus stupendum,
(Vaticana quod area ad propinqua
Vsque nubila tollit) aut theatrum,
Vel Circum apposito exprimam decore.
Dum Cursor medium, Pugilue replet,
Auriga aut celeres agit quadrigas.
Dum cestum validis rotans lacertis
Victrices apetit cruore palmas.
Suggestum in Podio tenet Senatus,
Ordo Patriciusq;, & Imperator
Orchestra resupinus est eadem.
Puluillis Equites, & in cathedris
Spectant quæ cauea infima geruntur.
Vt præcinctio Equestria à remotis
Distinguit Popularibus. caterua
Plebis per cuneos, vias, gradusq;
Distributa solet Locariorum
Iussu: (Nam loca singulis habenda
Designator & ordinem indicabat
Cunctis:) edita porticus supremæ
Per subsellia feminæ occupabant,
Pullati simul. Hæc probè vt notentur
Curæ erit mihi. Namq; onus laborum
Dulce est, si vtile sit bonisq́ gratum.
Tu leges igitur, benigne Lector
Eadem hæc quoque qua priora fronte:
Quartus vt (Superi superstitem me
Si velint, manuum & leuent frequentes
Quos chiragra mihi parit dolores)
Sequenti tibi præparetur anno.


VIRTVTI
FORTV
NA COMES
VIS
CONSILII
EXPERS
MOLERVIT
SVA


In foro Piscatorio.
IOVI
OPT. MAX.
ET HERCVLI
INVICTO
C TVTICANVS
CALLIAT
EX VOTO
A.ij

In domo Marci Aemylini.



D. M.

VALERIE IVSTINE
NATA CONVENA
AQVITANIA VIXIT
ANN. XX. M. V. N. VA
LERIANVS MIL. COH.
III. P. R) FELICIS

C. I. O. N. B. M. F.


Apud Marcum Aemylinum. in Agone.
3
DIS MANI
CORNIFICIAE
FAVSTINAE AELIVS
EVPORIAS SIBI
ARAM IN FRONTE
PEDES X IN
AGRO PED. X

Apud Antonium Foceco
in Agone



Apud Ludouicum de Coschatis.



Apud Antonium Foceco in Agone.

IMP. CAESAR DIVI F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST.

EX S.C. TERMINAVIT
R.R. PROX. CIP. PED. CLXVI. S.

In domo Maphaeorum.

DIS MANIBVS

IVLIAE C. F.
HIERIAE
THEOPHILVS
PATER.


M. VLPIVS AVG. LIB. APOLAV
STVS MAXIMVS PANTOMIMORVM
CORONATVS ADVERSVS HISTRIONES
ET OMNES SCOENICOS
ARTIFICES XII.

In domo Maphaeorum.


D.M.L.OSTORIO FELICI L. OSTO
RIVS FORTVNATVS PATRONO
F. ET SIBI ET SEPPIAE PYRALLIDI
CONIVGI SVAE ET H. OSTORIO
AVGVSTALI NI. LIBERTO ET
OSTORIAE CHRYSIDI ET OSTO:
RIO IANVARIO LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM


TVTILINAE S.


INCOLVMITATE ET SALVTE T. CICIONII
APOLAVSTI ET C. FORTVNATI MANVBINI
GIVM AVGVRVM QVOD SECVRITATI AETER
SE VOLVERVNT.


TI. CLAVDIVS
DRVSI F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P.
AVCTIS POPVLI
ROMANI
FINIBVS POMOERIVM
AMPLIAVIT
TERM; NAVITQVE.
PIETAS AVGVSTAE.

IMAGINVM DOMVS
AVG CVLTORIB SIGNVM
LIBERTATIS RESTITVTAE
SER GALBAE IMPERATORIS AVG
CVRATORES ANNI SECVNDI

C. TVRRANIVS POLVBIVS.
L. CALPVRNIVS ZENA.
C. MVRDIVS TALVS.
C. TVRRANIVS FLORVS.
C. MVRDIVS DEMOSTHENES.

S P. DD.


D


IVLIVS FELIX CAMPANIA
NVS V.C PRAEFECTVS VRBI
AD AVGENDAM THERMARVM
TRAIANARVM GRATIAM
CONLOCAVIT

TRAIANI PARTHICI
DIVI NERVAE PRONEP.
T. AELIO HADRIANO
ANTONINO AVG. PIO

PONT. MAX. TRIB. POTEST. VII.
IMP. II. COS. III. P. P.


CORPVS
PISTORVM.






Apud Maphæos.

In domo Maphaeorum




M. AVFIDIO FRONTONI
PRONEPOTI M. CORNELI
FRONTONIS ORATORIS
CONSVLIS MAGISTRI
IMPERATORVM LVCI
ET ANTONINI NEPOTIS
AVFIDI VICTORINI
PRAEP. VRBI BIS CONSVLIS
FRONTO CONSVL
FILIO DVLCISSIMO.

In domo Marci Antonii Alterii: antiqua inscriptione abrasa, substituta est haec recens in candidissimo marmore. 18





Vetus inscriptio talis erat


D. M. CANDIDO ALTERIO FILIO
DVLCISSIMO C. ALTERIVS PATER
INFELICISSIMVS P.

VIX. ANN. XVII. M. VI. D. III.
ET CANDIDAE ALTERIAE F.
VIX. ANN. IX. D. X.


DIIS MANIBVS
IVLIAE PANTHEAE
DIADVMENVS. ET
PLOCAMVS SVAE.


D M
TROPHIMES
HERMES
CONIVGI B. M.


D M
IVLIO DIADVMENO
FILIO
IVLIVS CORVNOA
NIVS
VIX. HOR. IV.
HORA BREVIS VITAE
LETVM TVLIT.


DIS MAN
MONVMENTVM
HOC VOLENS
QVI VIOLAVERIT
ILLI
MANIVM NVMINA
IRATA
SVNTO.

In templo S.S. Cosmi et Damiani.



In Templo Iunonis : quod est in foro piscatorio




23
DIS MAN.
LICINIAE
CHRISIDI
L. LICINIVS
FREGELLANVS
LIBERTAE.
B. M. F.

Apud Gabrielem Vallatum






In domo Gabrielis Vallati ad forum Piscatorium



Apud Gabr: Vallatum.
TI. IVLIO
AVG. LIB.
ALCIDI.
IVLIA PRONOE
PATRONO
BENEMERENTI
FACIVNDVM
CVRAVIT.
EX TESTAMENTO EIVS.

Apud Gabr. Vallatum





Ad templum Iuuonis foro Piſcatorio.
28
LVCINAE
SACR.
L. SOTER
ET
STAFILE
H


PIISSIMO FE
LICISSIMOQVE
PRINCIPI
VALENTINIANO
INVICTISSIMO
SEMPER AVG





DIS
MANIBVS
Q. VINCIAE
SP. F
SABINAE



In templo S. Mariæ del Pianto.






In templo S. Nicolaj.


I

In templo S. Nicolai

Ara hac in duas partes divisa est
Et duobus altaribus inservit



Pars altera precedentis aræ quæ est in templo s.te Nicolai



SPES
POSITA SVM
FELIX VICINIAE
DEDICATVM.



D. M.
CLAVDIAE
HEVRESI
T. FLAVIVS EVDIVS
FILIAE
DVLCISSIMAE

In domo Iacobi de Sta Croce. foro Piscatorio.

I

Apud Iacobum de S.ta Croce
in foro Piscatorio.

ATIMETVS ETIAS
MARTIAE A XVIII
HYMNO A XVI
FILIS SVIS ET SIBI




FVRTANIA L. F. SATVRNI
NA FECIT SIBI ET

A. MANNEIO A. F. COR. CELSO FILIO SVO
MILITI COHORTIS VII. PRAETORIAE. ET
M. VALERIO ISMARO CONIVGI SVO. ET
M. VALERIO M SEMNO VERNAE SVO. ET
M. VALERIO ISMARI L. HESYCHO TVTORI SVO ET
SATVRNINAE VENERIAE VERNAE SVAE. ET
EMCHARINIAE LIBERTAE. ET
SECVNDAE VENERIAE VERNAE SVAE ET
LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM

NATALI VENERIAE VERNAE SVAE.

In aedibus Jacobi de S.ta croce foro Piscatorio.


FORTVNAE.
C·RVSILVS SEVERVS.
Apud Iacobum de S.ta Croce.
D M
MVNATIAE VITALI
TI VITALIS
AET LIBERTI
PRIMITIVVS RESTITV
TVS ERMES.
In insula Tiberina.

DIS MANIBVS

TVLLIAE F.
FORTVNATAE
OPTIM. CONIVGI
ERGA SE BENE
MERENTI FECIT
C. OCTAVIVS
CLYTVS ET
SIBI ET SVIS
POSTERISQ. EORVM


D M

GALLOMIA C L
C GALLONIVS L
MARITIMAE QVAE ET
VIP. MARITIMVS ET PA
EPICHARES
TER FECIT.

In insula Tiberina.


DIS MANIBVS
SACRVM.
OFILLIA PYTHVSAE
TESTAMENTO FIERI
IVSSIT ARBITRATV
C. TALASI APTI.

Apud Calatium foro Piscatorio





Apud Calatium.



IVNIAE
TORQVATAE
VVL. ALCE
FECIT SIBI ET
CARISSIMO
C IVNIO EPAPHO
CONLIBERTO ET
VIRO OPTIMO
M


DIS MANIBVS
SACRVM.
LAPONITHESPI
VIXIT ANN. XX.
APONIA SYNERVSA
CONIVGI SANCTISSIMO
OPTIME
DE SE MERITO.

TI. CLAVDIO
TI. FIL.
QVIR PROCVLI
ANO BENEMEREN
TI. CLAVDIA
PROCINA SOROR
FECIT. VIX. ANN. VIIII.
MENS. IIII. DIEB. XIII

DIS MANIBVS.
SEX. PERPENNA ARGYRVS
ET PERPENNA OMPHALE
SIBI LIBERTISQVE SVIS ET
LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM

H. M. D. M. A.


M·CINCIVS M F·
THEOPHILVS
VESTIARIVS
TENVARIVS

DEO
HERCVLI


N

Q. EPPIVS Q. F. CORRVE
CLODIA C. F. SILENIO
EPPIA L. F. PAVLI VOLE
NNIANA MATER
EPPIA M. F. POLLA.

T. FLAVIO. AVG. LIB.
SATVRNINO TABVLA
RIO AVEHICVLIS FLAVIA
PYTHIAS CONIVGI SVO
CARISSIMO ERGA DE SE BE
NEMERENTI FECIT ET
SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQ
POSTERISQVE EORVM.

D. M.
METRODORO DE
DOMV FRVCICIA
RI BENEMERENTI
VIXIT ANNIS
V. FECIT
MATER

D M S
P. POMPONIVS FAVSTINVS OCTAVIO
PAVLIO FILIO B. M. FECIT SIVI ET
SVIS LIB. LIBERTABVSQVE POST
ERISQVE EORVM.



*Apud Franciscum Liscam
in Hyperione*

In Monasterio S^tae^ Mariae in Via

D. M. CN. DOMITIO VITALIONI
VIXIT ANN XIII MENS XI DIEB XIII
CN DOMITIVS THALVS ET IVNIA
CHARIS FILIO BENEMERENTI FECE
RVNT ET LIBERTIS LIBERTABVS
QVE POSTERISQVE EORVM.

Aput Franciscum Liscam in Hipcrionem

C TVRRANIVS C. L. PAL. HERMES
FECIT SIBI ET
CORNELIAE VENVLEIAE
CONIVGI OPTIMAE FIDELISSIMAE
ET LIBERIS ET LIBERTIS LIBERTABVSQ SVIS
POSTERISQVE EORVM

PHOSPHORVS

DEDICATA III. KAL MAIAS
D.N. GRATIANO IIII ET
MEROL AV

LVCIO AVR. ANIANO SYMMACHO V̄C
PRAEFECTO VRBI CONSVLI PRO PRÆFECTIS
PRAETORIO IN VRBE ROMA FINITIMISQVE
PROVINCIIS PRAEFECTO ANNONÆ VRBIS
ROMAE. PONTIFICI MAIORE QVI N. DECEM
VIRO S. F. MVLTIS LEGATIONIBVS
PRO AMPLISIMI ORDINIS DESIDERIIS
APVT DIVOS PRINCIPES FVNCTO QVI
PRIMVS IN SENATV SENTENTIAM ROGA
RE SOLITVS AVCTORITATE PRVDENTIA ATQVE
ELOQVENTIA PRO DIGNITATE TANTI ORDI
NIS MAGNITVDINEM LOCI EIVS IMPLEVE
RIT AVRO ILLVSTREM STATVAM QVAM
A DOMINIS AVGVSTISQVE NOSTRIS SENATVS
AMPLISSIMVS DECRETIS FREQVENTIBVS IM
PETRAVIT IDEM TRIVMFATORES PRINCIPES
NOSTRI CONSTITVI ADPOSITA ORATIONE IVS
SERVNT QVÆ MERITORVM EIVS ORDINEM
AC SERIEM CONTINERET QVORVM PERENNE
IVDICIVM TANTO MVNERI HOC QVOQVE AD
DIT VT ALTERAM STATVAM PAPI SPLEN
DORE ETIAM APVD CONSTANTINOPOLIM
COLLOCARET.


D. N. FL ARCADIO
PIO FELICI VICTORI
AC TRIVMFATORI
SEMPER AVGVSTO

CAECINNA DECIVS ALBINVS V. C.
PRAEFECTVS VRBI VICE
SACRA IVDICANS DEVOTVS
NVMINE MAIESTATIQVE EIVS.


DIIS MANIBVS
L. CALPVRNI RESTITVTI
EX TESTAMENTO
FACTO ARBITR.
HEREDVM
CALPVRNIA
RESTITVTA
H. A. C

In domo Francisci Liscæ in Hijperiono










DIS MANIBVS
IVLIAE SP. F
PROCVLIAE
C. IVLIVS THEOPHILVS
VXORI.

Ad Mineruam.


DIS
MANIBVS
TI. FLAVI
HERMETIS


LEIBERTORVM ET LEIBERTARVM
C MECENATIS L.F. POM
POSTERISQVE EORVM ET QVI AD ID
TVENDVM CONTVLERVNT
CONTVLERINT


D. M.
PLOCVSAE SVAE
ALDVOVORIX
AVTV. COL. VIC.
SEQVAN.

C. LIVIVS C. F.
IVSTVS
NOVARIA MIL
COH IIII P. R.
D. LICINI MILIT
ANN XVIIII

VIX ANN XXXVII
H. S. E. T. F. I

D. M.
T. IVLIO
ROSIANO
APOLLINARI
MEDICO
ARESCON ET
CALISTVS LIB
PATRONO B.M.F.

D. M.
C. PLINII
VALERIANI
MEDICI
QVI VIXIT
ANN XXII. M.VI.D.V.
PARENTES

In palatio Norciarum: quod dicitur domus Episcopi Aquinatis. Ab utraque parte Eadem Est inscrptio.



In domo Nonciarum

A. 62





In domo Norciarum.

In domo Episcopi Aquinatis. Ab utraque parte eadem legitur inscriptio.



R

In Palatio Norciarum. Vbi est statua Adonis.

Θ. CN. OGVLNIO. CN. L.
NICEPHORVS
Θ GVLNIA CN. L. NICE
V. L. SAFINIVS Ɔ. L. SVRVS

L. CORNELI L. L. SASAE
MAGNI I. VIRIDIARII
MONVMENTVM.
CORNELIA L. L. AMMIA
PATRONIS SVIS FECIT
DIGNIS ET MERITIS
PRO EORVM PIETATE
ET SIBI ET SVIS.

in foro Piscatorio
Apud Gab Vallatum.





DIIS MANIBVS
COELIAE DYNATAE
M VLPIVS AVG LIB
VALENS A VESTE IMP
PRIVATA CONIVGI KARISS
SANCTISSIMAE
CVMQVA VIXIT ANN XXXVIII
SINE CRIMINE ET SIBI
ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQ
POSTERISQVE EORVM

M. VLPIO AVG. LIB. PHAEDIMO
DIVI TRAIANI AVG. A POTIONE
ITEM A LACVNA TRICLINIARCH.
LICTORI PROXIMO ET A COMENT
BENEFICIORVM VIXIT. ANN. XXVIII.
ABSCESSIT SOLINVNTE PRID. IDVS IVL
NIGRO. ET APRONIO COSS.
RELIQVIAE TREIECIAE EIVS
III. NONAS FEBR. EX PERMISSV
COLLEGII PONTIFIC. PIACVLO FACTO
CATVLLINO ET APRO COSS.
DVLCISSIMAE MEMORIAE EIVS
VALENS AVG. LIB. PHAEDIMIANVS
A VESTE BEN. MER. FECIT.

S

Ad ædes Farnesias.





IMP. CAESAR DIVI F AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. BOTEST. XV
EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS
ANNO NOVO ABSENTI CONTVLIT

NERONE CLAVDIO DRVSO
T. QVINCTIO CRISPINO COS

VOLCANO.



DIOGENES GAIVS MIL. COH. XI. P.R. Ɔ
VRANIDE. VIX. ANN. XL. MIL. A. XIII. NA.
TRAX. CIVITATE SARDICA AVR. ERODES
MIL. COH. VII. P. R. Ɔ DVBITATI FRATER.
B. M. F.

Apud Saluiatos.

72

M. FABIO M. FIL.
GALER. SEPTIMINO
CILONI PRAF. VRB
C.V. COS. II.
M. VIBIVS MATERNVS
ILVRENSIS A MILITIIS
CANDIDATVS EIVS.

T

ΜΗΤΡΙΟΝ ΕΡΜΩΠΟΛЄΙΤΗΝ
ΑΛЄΞΑΝΔΡЄΑ ΠΑΝΙΚΡΑΤΙΑC ΤΗΝ ΠЄΡΙΟΔΟΝЄΙΚΗ
ΠΑΛΑΙC ΤΗΝ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ ΑΛЄΙΠΤΟΝ
ΤΟΝ ΑΡΧΙЄΡЄΑ ΤΟΥ ΞΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ
ΔΙΑΒΙΟΥ ΞΥCΤΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ЄΠΙΒΑΛΑΝ
ΩΝ CЄΒ. ΤΟΝ ΠΑΤЄΡΑ


Μ. ΑΥΡ. ΑCΚΛЄΠΙΑΔΗC ΚΑΙ Ο ЄΡΜΟΔΩΡΟC
ΝЄΩΚΟΡΟC ΤΟΥ ΜЄΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΗΔΟC
ΑΛЄΞΑΝΔΡЄΥC ЄΡΜΩΠΟΛЄΙΤΗC ΠΑΝΚΡΑ
ΤΙΑC ΤΗC ΠЄΡΙΟΔΟΝЄΙΚΗC ΑΛЄΙΠΤΟC
ΑCΥΝЄΞΩCΤΟC ΑΝЄΚΛΗΤΟC ΞΥCΤΑΡ
ΧΗC ΔΙΑΒΙΟΥ

Ο ΑΡΧΙЄΡЄΥC ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ ΔΙΑΒΙΟΥ
ΞΥCΤΑΡΧΗC ΚΑΙ ЄΠΙΒΑΛΑΝЄΙΩΝ ΤΟΥ CЄΒΑCΤΟΥ.

ΔΙΜΗΤΡΙΟC
ΑΡΧΙЄΡЄΥC

M. PONTIO M. F PVB.
L. AELIANO LARCIO SABINO PON
TIFICI SODALI ANTONIANO VERIANO
FICIALI F. G. AVG. P. R. PROV. SVRIAE LEGAT
PR. PR. PROV. PANNON. INFER. LEG. AVG. PR. PR. PAN
NON. INFER. COMITI DIVI VERI DONATO DONIS
MILITARIB. BELLO ARMENIACO ET PARTHICO
AB. IMP. ANTONINO ET A DIVO VERO AVG
IMP ... CICA AVR
... VERI BELLO GERMANIC
COMITI IMP. ANTONINI AVG. GERMANICI SARMA
TICI LEG. LEG. MINOR. CVRATORI. C. IVLIANVS.
PROV. GALLIAE. NARB. PRAETORI TRIB. PLEB. CANDIDATO
IMP. DIVI HADRIANI AB ACT. SENAT QVAESTOR PROV.
NARB. TRIB. MILI. LEG. VI. VICT. CVM QVA EX GERM IN
BRITAN. TRANSIIT IIII. VIR AR. CVRANDAR.
HVIC SENATVS AVTORE AVRELIO ANTONINO AVG.
ARMENIAC. MEDIC. PARTHIC MAXIMO GERM. SARMA.
STATVAM PONI HABITV CIVILI IN FORO DIVI TRAIANI
PECVNIA PVBLICA CENSVIT.



CYNΘΡΟΝΩΝΤΩΝ
ЄΝ ΑΙΓΥΠΤΩΙ ΘϹΩΝ
Μ.ΟΥΑΠΙΟϹ ΑΠΟΛΛΟΝΙΟϹ
ΠΡΟΦΗΤΗϹ.


D. M.
CN. IVLI CN. F.
DOMATI PRISCI
EX EQVO PVBLIC
ADIVTORIS
HARVSPICVM
IMPERATORIS
PONTIFICIS
ALBANI


M LARCIVS
L F PROMPTINA
PVDENS VETER
T F ARBITRIO
LARCIAE FORTVNATAE
VXORIS
H M H N S

In domo Saluiatorum.






NYMPHIS LOCI
BIBE LAVA
TACE.



In domo Saluiati






D. M.
CORNELI
PRIMITIVI
C. CORNELIVS
FELIX
ALVMNO
KARISSIMO
FECIT.

X

In domo Paulinorum.





D. M
CLODIAE DAPHNIDI
FECIT CLODIA PRODOCE
MATRI INDVLGENTISSIMAE
ET SIBI ET FORTVNATO
DECVRIAE SCRIB. LIBR. AED.
CVR. ET LIBERTIS LIBERTAB.
POSTERISQVE EORVM.



DIS MAN
IVLIAE L. F CELE
TITI CLADII EVSCHEMVSETI P
CLAVDIAE QVIANAE EVSCHEMVS SORORI
PRIMITIVVS MATRI
EVSCHEMVS CONSOBRINAE SAMIARIAE ARETHV
SAE ISDEM CORPORIBVS TRALATIS PERM. TRIB. PLEB. ET
TI. CLAVDIO EPAPHRODITO IATAE BENEMER. FECER.
ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE
EORVM

Apud Paulinos.




DIIS MANIBVS.
Q. PROPERTIVS SECVN
DVS FECIT SIBI ET
PROPERTIAE. TRIPHOCAE
PATRONAE SVAE BENE
MERENTI ET
PROPERTIAE DINAMI
LIBERTIAE ET CONTVBERNALI
SANCTISSIMAE.
Y


TI. IVLIO FELICI MAN
NEIA TREPTE ETTI IV
NIVS PHILONICVS HERE
DES FECERVNT.


M. VALERIVS TROPHIMVS ET SEPTIMVS
MAXIMVS AMICI KARISSIMI FECERVNT
SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQ EORVM
IN FR.P.XXVS. NAG.P.XXVIIS.

in templo S. Mariæ in Monticella 86



DIVO AVGVSTO
TI. CAESARIS AVGVSTI
LEGATVS PRO PR
A. VITELLIVS A. F

Ad S. Mariam in Monticella

DIIS.
MANIBVS
T. SEXTI POLYTIMI
SEXTIA NEMESIS
VIRO SVO FEC.
CVMQVO VIXIT
ANNIS XXV.

HVIC
MONVMENTO ITER
ADITVS AMBITVS DEBETVR
EX SENTENTIA EROTIS AVG.L.
IVDICIS AVLA CAMPANA
PVBLICA DEXTRORSVS INTER
MACERIEM CALAMIANAM
ET INSVLAM EVKARPIANAM
ER LATITVDINEM PEDES DVOS
SEMIS VSQVE AD HOC
MONVMENTVM ET HINC
PER CIRCVITVM TOTIVS
MONVMENTI VSQVE IN VIA
QVAE DVCITVR IN AGRO ITEM
IDEM MONVMENTI ITER
ADITVS DEBETVR HINC
SECVNDVM MONVMENT.
INDE SECVNDVM MACERIEM
EVKARPIANAM IN QVA OLLAR.
SVM. EL. INDERET EQ. VSQ. AD
VIAM PVBLICAM CAMPANAM.

CVTIA M. L.

EVROPA.

EX TESTAMENTO HS ccIↃↃ

M. POPILIVS M. L. SOTERICVS

SIBI ET LIBERT. LIBERTAB. POSTERISQ. EIVS.

HVIVS MONVMENTI SIVE SEPVLCRVM EST

PARS TERTIA EST

D. FIDVTIVS

D. L. HERACLIDA

SIBI ET

LIBERTIS LIBERTABVSQ.

SVIS POSTERISQVE EORVM

HVIVS MONVMENTI SIVE SEPVLCRVM EST

PARS TERTIA EST. M. D. FIDVS II HERACLIDAE

C. MINIVS L. L. DIOGENES SIBI ET LIBERT.

LIBERTAB. POSTERISQ. EIVS. HVIVS MONVMENTI

SIVE SEPVLCHRVM EST PARS TERTIA EST

IN FR. P. XIX.

IN AG. P. XVI.


In domo Varij Delfini.


Z ij


AQVILONI AQVILO
NES VICIT XXX
SECVND TVLIT
LXXXVIII
TER. TVLIT
XXXVII
NIRTINVS N. AQVILO
NIS VICIT CXIIII
SECVNDAS TVLIT
LVI. TER. TVL.
XXXVII
D. M.
CLAVDIA HELICE
ET CL. AVI. LL. DIONYSIO
CON. D. GR. RVSSATAE
CONIVGI DIGNISS.



D. M.
C. ATTIVS
APPONIANVS
MIL. COH. XI


GENIO
NVMINIS
FONTIS SERMON
CHRYSEROS
CAESARIS
NOSTRI
GANGALA.


TI. CLAVDIO VOL
DEMETRIO ET
CLAVDIAE IANVAR.
TI. CLAVDIVS VOL.
ASTVTVS ET
CLAVDIA LVCANA
PARENTIB SVIS FECER
ET SIBI POSTERISQVE
EORVM.


SILVANO
SACR.
AMPLIATVS
HILARI
AVGVSTOR
LIBERTI SER
VIEICVS
D. D.
T. FLAVIVS
QVIRIN
ATHENAEVS
QVINTILIAE
VXORI KARISSIMAE.


DIS MANI
P. CIPIO SEVERO
CAECILIA PRIMILLA
CONIVGI CARISSIMO


HOC IACET IN TVMVLO SECVRA GLYCONIS HONESTO
DVCIS NOMEN ERAT ANIMA QVOQVE DVLCIOR IPSA.
QVAE NVCQVAM TETRICOS ERIT SIBI LVCIS HONORES
SED MAGE LASCIVOS SVABES BACCHOQVE MADERE
SIMPLICITATE SEQVI CANTVS MOLLESQVE CORONA.
LVSIBVS IPSA SVIS GENERABAT SAEPE ET AMORE
DVLCE SIBI NATISQVE SVIS QVOS PVBE RELIQVIT
CASTOREA FRATRIS SVB IMAGINE QVOS GENERAVIT
DIGNA QVID EMERVI PERPETVÀ DE LVCE BENIGNA
SED CELERANT QVO NOS FATA SEVERA VOCANT
P. MATTIVS CHARITON CONIVGI. B. M. F.


ΠΑΤΗΡ ΧΑΙΡΕ.
D. M. S.
AVREL. DIOGENETI
SACERDOTI VENE
MERENTI FECIT
AVRELIA CAENIS
CONIVGI CON QVI
VIXIT ANNIS


VRSA
NERATI
PRISCI SER
VIX ANN. X
M. II. D. XV
L. NERATIVS
CANDIDVS
FILIAE
CARISSIMAE
FECIT.

D. M.
P. BATONIO THALIARCHO
FECIT
BATTONIA PRIMILLA
FILIA PATRI
OPTIMO ET PIISSIMO.


ΘΕΟΙϹ ΚΑΤΑΧΘΟ
ΝΙΟΙϹ
ΔΗΜΗΤΡΙΟϹ
ΖΩΔΑΡΙΩ ΜΗΤΡΙ
ΕΥϹΕΒΕϹΤΑΤΗ ΚΑΙ ΘΥΓΑΤΗΖΩ


D M
Q. VENNONIO
Q. F. SCAPSIA
VALENTI A. L.
TINO MIL. COH.
VIIII. PR. > CHA
RITONIANI X
MIL. ANN. XV. VIX.
ANN. XXXIII. FEC.
PLAVTONIVS EX
ORATVS MIL. COH.
VIIII. > EADEM.
ET CHARISIVS.

DIS MANIB.
M. CASSI M. F.
GEMINIANI
VIXIT A. VI. M. V. D. XVII.
M. CASSIVS FRVCTVS
ALVMNO ET SIBI.


D. M.
PHOEBI CAES N.
SER.
FECIT
BOTRVS CAES. N. SER
FRATRI PIISSIMO
POSTERISQVE SVIS.


CN OCTAVIVS TITINIVS CAPITO
PRAEF. COHORTIS TRIB. MILIT. DONAT
HASTA PVRA CORONA VALLARI PROC AB
EPISTVLIS ET A PATRIMONIO. ITERVM AB
PISTVLIS DIVI NERVAE EODEM AVCTORE
EX S. C. PRAETORIIS ORNAMENTIS AB EPISTVL
TERTIO IMP. NERVAE CAESAR. TRAIANI AVG.
GER PRAEF. VIGILVM VOLCANO D D.





NIA P.L. FLORA EX
TAMENTO BONAI DEAI
SACRVM.
ANNIA SOROR
ISIA LIBERTA
FACIVNDVM
CVRARVNT.


ANNIA P.L. ELORA EX
TESTAMENTO BONAI DEAI
SACRVM.
ANNIA SOROR
ISIA LIBERTA
FACIVNDVM
CVRARVNT.


D. M.


MINDIA IVLIA ET P. AELIVS PHILETVS COM
PARAVERVNT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM HIC LOCVS CVM HORTV
LO SVO RELIGIOSO ET AEDIFICIOLIS SVIS
MVRO CINCTVS AD SEPVLCHRVM MINDIAE IVLIAE
ET P. AELI PHILETI PERTINET. ET NEQVIS EA LOCA
S S. NEQVE VENDERE NEQVE DONATIONIS CAVSA
NEQVE DE NOMINE VTRORVMQVE EXIRE POSSIT
QVOD SIQVIS CONTRA HANC INSCRIPTIONEM FECERIT
INFERET POENAE NOMINE ARCAE PONTIFICVM
SS. L N. H. M. ET LOCIS S S D M A


D. M.
C. FABERI C. F.
PAL. GALENI
VIX. ANN. II. M. VI. D. V.
FABERIA GALENE
FRATRI DVLCISSIMO.


D. M.
DOMITIAE
EVTYCHIAE
DOMITIVS
EVTYCHES
MATRI DVI.


DIS MANIBVS
C.LIVINEIO C F.
MARCELLINO FEC.
C.LIVINEIVS
PHALOSTORGVS
FILIO SVO PIISSIMO
VIX. ANN.V. M. II. DIEB
XXV. IN FR. P. VII.
IN. AGR. P. V.
IN FRON. P. VII
IN AGR. P. V


D M.
FLAVIAE
EVTYCHIAE
T. ARRVNTIVS
PRIMVS CONIV.
OPTIMAE F.


ΘΕΑ ΕΠΙΧΘΩ
ΝΙΩ ΤΥΧΗ
ΤΙΤΟC ΨΑΛΟΥΙ
ΟC ΟΥΙΒΙΑΝΟC
ΑΝΤΙΟΧΟC ΑΝΕ
ΘΗΚΕΝ


DIS M
MALIAE
POLITICE
L.CORNELIVS
IVSTVS
CONIVGI B. M.F.

EVCHARIS LICINI

DOCTA ERODITA OMNES ARTES VIRGO VIX
HEVS OCVLO ERANTE QVEI ASPICIS LETI DOMVM
MORARE GRESSVM ET TITVLVM NOSTRVM PERLEGE
AMOR PARENTEIS QVEM DEDIT NATAE SVAE
VBEI SE RELIQVIAE CONLOCARENT CORPORIS
HEIC VIRIDIS AETAS CVM FLORERET ARTIBVS
CRESCENTE ET AEVO GLORIAM CONSCENDERET
PROPERAVIT HORA TRISTIS FATALIS MEA
ET DENEGAVIT VLTRA VEITAE SPEIRITVM
DOCTA ERODITA PAENE MVSARVM MANV
QVAE MODO NOBILIVM LVDOS DECORAVI CHORO
ET GRAECA IN SCENA PRIMA POPVLO APPARVI
EN HOC IN TVMVLO CINEREM NOSTRI CORPORIS
INFISTAE PARCAE DEPOSIERVNT CARMINE
STVDIVM PATRONAE CVRA AMOR LAVDES DECVS
SYLENI AMBVSTO CORPORE ET LETO IACENT
RELIQVI FLETVM NATA GENITORI MEO
ET ANTECESSI GENITA POST LETI DIEM
BIS HEIC SEPTEM MECVM NATALES DIES
TENEBRIS TENENTVR DITIS AETERNA DOMVS
ROGO VT DISCEDENS TERRAM MIHI DIC

C IVNIO C. F. QVIR
FLAVIANO
PRAEFECTO ANTONIANAE
PROC. A. RATIONIBVS PROC
PROVINCIARVM LVGDVNENSIS
ET AQVITANICAE. PROC HEREDITAT
PROC. HISPANIAE CITERIORIS
PER ASTVRICAM ET GALLAECIAM
PROC. ALPIVM MARITIMARVM
PROMAGISTRO HEREDITATIVM
TRIB. MIL. LEG. VII. GEM. PONTIF MINORI

MERCATORES, FRVMENTARI
ET OLEARI AERARI.

L. NAEVIVS L. F. VOT.
POLLIO
L. NAEVIO L. L.
DIOMEDI.

M D
FELICI CAESA
RIS SER. VILICO
HORT OR. MAIANOR
IVLIA MELITINE
CONIVGI
B M

ΚΗΡΥΞ ΚΑΙ ΤΑΦΟϹ ΕΙΜΙ
ΒΡΟΤΟΥ ΡΑΡΟΕΑΡΧΕ ΧΟΡΟΙΟ
ΕΥΤΥΧΟΥϹΑ ΙΑΖΩΝ ΚΙΙ
ΡΑ ΜΙΝ ΕΝΘΑ ΝΟ ΝΟϹ
ΘΝΗΤΟΙϹ ΨΥΧΗΝ ΠΕΙϹΑϹ
ΕΠΙ ϹΩΜΑ ϹΙΝ ΕΑ ΘΕΙΝ
ΓΗΝ ΑΥΤΟΥ ΜΕΛΕΟϹ ΟΥΚΑΝ
ΕΠΕΙϹΕ ΜΕΝΕΙΝ


ΕΥΦΡΑΝΘΕΙϹ ΣΥΝΕΧΩΣ ΓΕΛΑΣΑΣ ΠΑΙΖΑΣ ΤΕΤΡΥΦΗΣΑΣ
ΚΑΙ ΨΥΧΗΝ ΙΛΑΡΩΣ ΠΑΝΤΩΝ ΤΕΡΨΑΕΕΝ ΑΟΙΔΑΙϹ
ΟΥΔΕΝΑ ΛΥΠΗΣΑΣ ΟΥ ΛΟΙΔΟΡΑ ΡΗΜΑΤΑ ΠΕΜΨΑΣ
ΑΛΛΑ ΦΙΛΟΣ ΜΟΥΣΩΝ ΒΡΟΜΙΟΥ ΠΑΦΙΗΣΤΕ ΒΙΩΣΑΣ
ΕΞ ΑΣΙΗΣ ΕΛΘΩΝ ΙΤΑΛΗΧΘΟΝΙ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ.
ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ ΝΕΟΣ ΩΝ ΤΟΥΝΟΜΑ ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ


Apud Marium Delfinum.

SANCTISSIMO HERCVLI
INVICTO
CORPOR. CVSTODIARIOR.
L. CVRTIVS. S. ABASCANTVS CVM
CVRTIO GAVDENTE FIL.
IMM. A. IIII.
CRATER AMARGYRO CORINTHAM
CVM BASI SVA ET HYPOBASI
MARMOREA
SVA PECVNIA DONVM
DEDERVNT

DEDICAT VIII KAL. IVN.
SER SCIPIONE ORFITO Q. NON PRISCO. COSS.


N A C O N T I N
L. RANIO OPTATO C. V. COS
CVRATORI REIP MEDIOLANENSIVM CVRAT
REIPV NOLANORVM PROCOS PROVINCIAE
NARBONENSIS LEGATO AVG. ET IVRIDICO
ASTVRIAE ET LAECIAE CVRATORI VIAE
SALARIAE CVRTORI REIP VRBINATIVM
MATAVRĒSIV LEGATO PROVINCIAE
ASIAE PRAEE IS TRIBVNOPLEBI
QVÆSTORI IS CAES O I


IIII VIRO VIARVM CVRANDARVM
TRIB. MIL. LEG. V. MACED. Q. VRBANO
AEDILI PLEB. CERIAL. PRAET. LEGAT.
PROVINCIAR SICILIAE ET ASIAE
PROCOS PROV. GALIAE NARBONENS.
LEGATO LEGIONIS VIII. AVGVSTAE
L. VETTIVS FELIX ET P. NOVELLIVS ATTICVS
AMICI


D. M.
T. FLAVIO. AVG. LIB.
LIBERALIS AEDITVO
AED. MARTIS VLTORIS
CLAVDIA EXOCHE
CONIVGI
BENEMERENTI ET
SIBI FECIT
VIXIT ANN. LVII.
T. AVRELIVS AVG. LIB. SATVRNINVS
AVRELIAE CAPRIOLAE. SANCTISSIMAE
CONIVGI BENEMERENTI ET AVRELIO
SATVRNINO F. LIB. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM

A. VITELLIVS A. L. SALVIVS
SIBI ET

A. VITELLIO. CELERI F. VIX. ANN. XX.
VITELLIAE. A. L. MEROE. CONLIBERT.
C. TROLIO Ͻ. L. TERTIO FRATRI SVO
TROLIAE Ͻ L. BVLAE FRATRIS F.
C. TROLIO C. ET Ͻ L. TERTIO FRATRIS F.

LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM


Apud Marium delfinum

DIS MANIBVS
M FABI M. F. E. S. Q. REGILLI ET FABIAE
FABIA M. ET Ͻ LIB. ARETE ARCHIN
TEMPORIS SVI PRIMA DIVRNA FEC
SIBI ET SVIS VIBVS LEGAVIT TESTAM


MARCO FABIO CHRISANTO
MARCO FABIO SALVIO VEST.
M. FABIO PHILETO.
M. FABI HERMETI.
M. FABIO TORQVATO.
FABIAE MIMESI
FABIO AZBES


M. FABIO ANTIGONO.
M. FABIO CARPO.
M FABIO PECVLIARI.
M. FABIO HILARO.
M. FABIO SECVNDO.
M. FABIO AVCTO
FABIAE CYPARAE

POSTERISQVE
NEABANEN
IN FAMILIAM
SEX POMPEIO
L. NERIANO
M. COSSIO IVCV
ET INTO MO



Apud Marium Delfinum




D. M.
M. VLPIO. AVG. L.
EROTI
AE EPISTVLIS GRAE
CIS EPAPHRODITVS
ET STACHYS
CAESAR. N. SER.
FRATRI KARISIMO ET
CLAVDIA FORMIANA
FECERVNT.
D M
L AIVS ANICETVS
FECIT SIBI ET IVLIAE
PRIMIGENIAE CON
IVGI CARISSIMAE
HIC CVM ESSET ANNORVM
LXVII HOC SEPVLCHRVM VIVOS
COMPARAVIT

ΝΙΟΙ
ΛΟΕΝΤΑ CΑΡΑ
ΠΙΔΟC ΥΨΙΜΕ
ΔΟΝΤΟC

ΗΔΑΥΤΟC Χ
ΚΟΥΠΛ ΦΑΝΟ
ωΝΤΑ ΒωΜΟΙCC
CΤΗCΑΝΤΟ
ΖΑΚΟΡΟCΤΕ
ΔΙΟC ΝΟΡΟC
ΗΛΕ ΚΥΡΙΛΛΟΥC
CΥΝΕΤΙ CΗΜΑ
ΚΑΡωΝ ΜΗΠΟ
Θ ΟΜΕΝΗ
ΚΑΙ ΔΥΟΙ CΑ
ΤΗC ΤΕΝΕΗC
ΕΝΑ ΘΕCΜΟΝ
ΕΧΟΝΤCC

ΟΙCΙ ΜΕ ΜΗΛΕ
ΚΑΥΤΗC ΕΡΓΑ
ΝΕωΚΟΡΙΗC


ΔΙΙ ΗΛΙω
ΜΕΓΑΛω
CΑΡΑΠΙΔΙ


Apud Marium Delfinum.

IMP CAESARI DIVI NERVAE F
NERVAE TRAIANO AVG GERM
DACICO PONT MAX TRIB POT VIII
IMP IIII COS VI P P OPTVMO PRINCIPI
SACRI THEATRI MARCELLI
CVLTORES DOMVS AVG




Apud Marium Delfinum.


Apud Marium Delfinum
DIS MAN.
COSSVTIAE
ARESCVSAE F.
CN. COSSVTIVS
AGATHANGELVS
CONIVGI
SVAE BENE
MERENTI
VIXIT ANNIS
XXXXV.
DIS MAN.
CN. COSSVTIVS
CLAPVS
CN. COSSVTIVS
AGATHANGELVS
FRATRI SVO
ISDEM LIBERTO
BENEMERENTI F.
VIXIT ANNIS
XXXV.


D. M
M. VLPI OLYMPI
VIX. AN. Y. M. XI. D. XIX
M. VLPIVS SPATAIVS
ET VIPPIA RHODE F
DVLCISSIMO
D. M.
TELESPHORI D. F
VIX. ANN. XXV. M. III. D. XI
DOMITIAE
DOMITIANI
ORNATRICI
THEOPOMPVS
CONIVGI SVAE
IMP. CAES. TRAIANVS AVG GERM
DACICVS GENTEM DACOR ET REGEM DECEBALVM
BELLO SVPERAVIT SVB EODEM DVCE LEG. PRO PR. AB
EODEM DONATO HASTIS PVRIS VIIII. VEX. ILLIS VIII
CORONIS MVRALIB. II. VALLARIBVS II. CLASSICIS II.
AVRATIS II. LEG. PRO P. R. PROVINCIAE BELGICAE. LEG. LEG. I
MINERVIAE CANDIDATO CAESARIS IN PRAETVRA
ET IN TRIBVNATV PLEB. QVESTOR. PROVINCIAE
ACHAIAE IIII. VIRO VIARVM CVRANDARVM
HVIC SENATVS AVCTORE IMP. TRAIANO AVG
GERMANICO DACICO TRIVMPHALIA ORNAMENTA
DECREVIT STATVAMQ. PECVN. PVBLIC. PONEND. CENSVIT
Ff

Apud Marium Delfinum



ARRI. C. F. PVP. N.
TVS SASSINA MILES
P. R. Z. PRVDENTES
N. XI. VIXIT ANNIS
CIT. C. ARRIVS.
S. LIBERTVS PATRO
MERENTI ET SIBI ET SVIS.

DIS MANIB.
AVRELIAE
FORTVNATAE
VIX. ANN. XX.
T. AVRELIVS
LEMNVS
VXORI OPTVMAE.


115




Apud Marium Delfinum









Apud Marium Delfinum.


In domo Marij Delfini
MEMORIAE.
P. AELIO OLYMPIANO
QVI VIX. ANN. XXVII.
M. II. D. XI.
RELICTA MATRE
INFELICISSIMA.
Gg ij

DIS MANIBVS
MYRINI DOMITIANI
PVBLICI A COMMEN
TARIIS XV. VIR . S . F.
ARVNTIA DOLICHE
FECIT CONIVGI CARIS
SIMO ET LIBERTIS LI
BERTABVSQ. SVIS POS
TERISQVE EORVM.

VIRO BENEM.
DE SE MILITI
COH. II. PRAETO
RIAE 7. CASSI CA
TVLLI . V. A XXXV
MILITAVIT A . XVI

ET SIBI POSTERISQVE
SVIS.

T. SVIS
AC DE EMIT SIBI
POSTERISQ.
VIII
IS VACAT V

DIS MANIBVS
FLAVIAE APOLLINARI
NEPTI SVAE VIX. A. VIII
QVOD NEPTIS AVIA FACERE
DEBVIT AVIA FECIT NEPTI
SVAE SACR

IMP. CAESAR
VESPASIANVS AVG.
PONT. MAX. TRIBVNIC
POTEST. VI. IMP. XIIII. P. P.
COS VI. DESIG. VII. CENSOR
LOCVM VINEAE PVBLICAE
OCCVPATVM A PRIVATIS
PER COLLEGIVM PONTIFICVM
RESTITVIT.

ΤΕΡΜΑΒΙΟΥ ΤΕΛΕϹΑϹ
ΠΑΙϹ ΤΑΙΟϹ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙ
ΜΑΙ ΚΗϹΑϹ ΕΙΔΟϹ ΥΠΟ
ΚΡΙϹΕΩϹ ΟΚΤΩ ΚΑΙ ΔΕΚ·Ε
ΤΗ ΖΗϹΑϹ ΑϹΚΛΗΠΙΟΔΩ
ΡΟϹ ΓΗϹΩΝ ΠΡΟϹΘΕΓΟ
ΝΟΙ ΜΗΤΕΡΑΓΑΙΑΝ ΕΧΩ.



D. M.

PARIS IMP. DOMITIANI
AVG. GERMANICI SER.
MINISTRATOR SIBI ET
CLAVDIAE AGATHE TVCHE
CONIVGI BENEMERENTI

QVAE VIX. ANNIS XXI.

RVSTICELLA M·L. CYTHERIS

DEBITVM REDDIDIT X·K·FLL. MALVGINENSE ET PLESO COSS.
QVANDOCVNQVE LEVIS TELLVS MEA CONTEGET OSSA
INCISSVM ET DVRO NOMEN ERIT LAPIDE
QVOD SI FORTE TIBI FVERIT FATORVM CVRA MEORVM
NE GRAVE SIT TVMVLVM VISERE SAEPE MEVM.
ET QVICVNQVE TVIS HVMOR LABETVR OCELLIS
PROTINVS INDE MEOS DEFLVAT IN CINERES.

QVID LACRVMIS OPVS EST RVSTICELLI CARISSIMF
CONIVX EXTINCTOS CINERES SOLICITARE MEOS
VNA DOMVS CVNCTIS NEC FVGIENDA VIRIS
V QVOT VOLVI TEMPORE TEMPVS HABET
NONDVM BIS VICENOS ANNOS COMPLEVRAT ANNVS
SVPREMVM PARCAE SORTE DEDERE MIHI

IVLIAE PLEBEIAE
IN HONOREM
ALEXANDRI ET DEME
TRI CAESARIS AVG. L.
EX DECRETO DECVR
OLLA PVBLICE DATA EST.

D. M.
LIBERTORVM
T. FLAVI AVG. LIB.
VICTORIS

A CVRA AMICORVM.

DIS MANIBVS
SYNTYCHE
VIXIT ANNIS XXVII
PHILETVS FECIT
SODALI SVAE
BENEMERENTI

Θ K.


ЄΙΚΟϹΙ ΖΗϹΑΝΤΑ ΚΑΙ ЄΠΤΑ
ΜΟΝΟΥϹ ЄΝΙΑΥΤΟΥϹ ΠΑΥΛЄΙΝΟΝ
ΓΑΙΗ ΔЄΞΑΤΟ ΝЄΡΤЄΡΙΗ
ΚΑΙΜΟΙ ΑΔЄΛΦЄΙΗ ΚЄΙΤΑΙ
ΝЄΗ ЄΓΓΥЄΥ ΓЄΙΗ ЄΠΤΑ ЄΤΗϹ
ΤΗϹ Δ ΗΝ ΟΥΤΙ ΓΑΥΚЄΙ ΟΤЄΡΟΝ


M. IVLIVS
ЄPICTETVS FILIS SVIS
ET SIBI ET MAGIAE NICE
CONIVGI.

TI. CLAVDIAE PRIMIGENIVS.
PISTOR. DECVR.
ANTONIAE CLAVDIAE F. L.
S. ET CONIVGI SVAE.

T. STATILI DONATI
CIRRATI DISPENS.
L. GERMANICI MESSALIN
TAVRI.

In domo Maij delfini










Apud Marium Delphinum.



in domo Marij *Delfini*










Apud Marium delfinum


C. IVLIVS AVG LIB.
LIBANVS VA. LV.
M. VIPSANIVS SP. F.
TER GALLICANVS
NEPOS LIBANI AVG. L.
V. A. XXXV.


LIBERTA ET CONIVNX PETRONIA CARA PATRONO
THALLVSA HOC TVMVLO CONDITA LVCE CARET
QVAE BIS VICENOS COMPLERAT LVCIBVS ANNOS
EREPTA EST SVBITO CONIVGIS E GREMIO.
HANC ASSIDVE DEFLET PETRONIVS VT IAM
DEFICIANT OCVLOS LVMINA CARA SVOS.
DESINE PER TERRAS INFERNAS TENDERE AD ARCES
FATA ANIMAM DEDERANT FATA EADEMQVE NEGANT



DIS MANIBVS
IDES.
SARCINATRICIS


SACRVM IOVI O. M.
HERCVLI VOTO
M. VLPIVS AVG. LIB.
D D


IMP. NERVAE CAES
AVG PONT. MAX.
TRIB. POT. COS. III. P. P
L. SERTONIVS L. F.
VOLTEVANTHVS
AEDIL. CC. S. P P.


NINNIA
VIX AN. III.
CRONIS
M. X. DIES XXV.
QVOD DECVIT NATAM PATRI PRAESTARE SEPVLTO
HOC CONTRA NATAE PRAESTITIT IPSE PATER



CVRTIA ƆL PR ATIS
CVI PARS DIMIDIA HVIVS
MONIMENTO CONCESA EST AB
C. MECENATE HELIO SISI ET
P. CVRTIO SP. F. COL.
MAXIMO FILIO ET
TI IVLIO AVG L GLYCON
ET SVIS POSTERISQVE EORVM


IMP. COMMODO AVG.
N. VII. ET. P. HELVIO
PERTINACI TER COS
COH. X. VRB. TI. CL.
PLAVTIVS ST. I. FIL.
FABIA RECEPTVS
ROM STIP XX Ɔ CASSI
ET L VETTIENVS L. FIL.
RESTITVTVS STIB XV
Ɔ POLEIOFLISCA ME
RIAE MARTI VOTVM
L B S

Inventum est in Insula Tyberina. Ad templum Lateranum

S · E M O N I
S A N C O
D E O F I D I O
S A C R V M

S E X P O M P E I V S S P. F.
C O L. M V S S I A N V S
Q V I N Q V E N N A L I S
D E C V R
B I D E N T A L I S
D O N V M D E D I T.


MEI
Porta Janiculensis.
NVMAE
Porta Vaticana
Sepultura.
Porta Viminalis.
Meta Pij.
Obeliscus.
Porta Capena siue Appia.
ARCVS
ORTVS.
Portæ Capenæ.
Porta Querquetulana siue Cœlimontana.
Regia Tullij.
I Regio Porta Capena.
II Regio Cœli montana.
III Regio Sarapis et Isis.
IIII Regio Templum Pacis.
V Regio Exquilina.
XVI Regio Campus Martius Maior.
XV Regio Vaticana.
XIIII Regio Transtiberiam.
MILLIARIVM
Domus Pastorum.
Porta Exquilina.
Meta Veneris.
Porta Triumphalis siue Sacra.
Arcus Galieni.
Porta Tiburtina.
SEPTE
DIVVS POSTEA AVGVSTV
ET PORTAS DEDVXIT.
PRINCIPES POST EVM

RIDIES.

Porta Trigemina.

Porta Naualis.

Armilustrum.

Piscina.

Porta Sancualis.

Templum solis et luna

XIII Regio Auen-tinus.

XII Regio Piscina publica.

XI Regio Circus Maximus.

AVREVM

Victoria Germanici

Porta Latina.

OCCASVS.

X Regio Palati-na.

IX Regio Circus Flaminius.

Porta Næuia.

VIII Regio Forum Romanum

Circus.

VII Regio VIA Lata.

VI Regio Alta semita.

Arcus quattuor Porta rum.

Porta Rhomanula.

Porta duplex.

Porta Flamentana siue Flaminia.

Templū Quirini

Porta Collatina


NTRIO.

S AD SEXDECIM REGIONES
QVOD ET NON NVLLI
SERVAVERVNT.

C.

SEPTEN
TRIO.


Porta Exquilina
Tertia Regio



Romam tres portas habentem
reliquit Romulus,
aut ut plurimis tradentibus credamus
quattuor:
Inquit plinius.


OCCASV

RHOMVS SIVE RHOMV
QVADRATAM



VLVS VRBEM SVAM
C CONDIDIT.

A.



SERVIVS DEINDE TVLL

ET PORTARVM

ET AV



IVS OCTO REGIONVM,
SVAM FECIT,
XIT.

B



Lectori candido

THEODORVS DE BRY LEODIENSIS, CIVIS FRANCFORDIENSIS, SALVTEM.

OPeræprecium videtur à principio statim Lectorem monere, de operis huius nobilissim serie: Maxime vero quid causæ fuerit, quod maximam & potentissimam totius orbis vrbem Romam suis collibus saltem expressam in primaria & generali tabula repręsentauerim: Nec enim aliter fieri potuit, quod nec cuiuscunque vel Apellis vel Praxitelis opus fuerit omnium stratorum, ædificiorum, theatrorum, portarum triumphalium, thermarum &c. magnificentiam arte sua ad viuum exprimere. Quapropter certo ordine & distinctis tabulis artificiosissime, quam potuit fieri sculptis, tibi Lector inpræsentiarum proponam, primum quidem maximam Romam suis collibus portisque incinctam: Deinde peculiari tabula Capitolium adiecta vrbe quatuor portarum, & arce Tarpeia: Demum Tabulis ordine subsequentibus quatuordecim vrbis Romæ vicos pręcipuos, cum ædificiis suis magnificentioribus exhibeo, &c.

At licet Roma triginta quatuor portarum totidemque vicorum fuerit, maxime cum in summo flore iam esset, cumque à Nerone ex parte incendio deuastaretur. Vicos tamen ad vnum omnes effingere, in promptu nunc non fuit, quandoquidem delineatione eorum accuratiore nunc destituerer, contentus iis quæ ad manus venerant.


Quæ omnia & singula in conspectum tibi Lector beneuole propono, adiuncta simul erudita & concinna explicatione eorum, quæ toreumate præfigurata vides, maxime quidem ædificiorum publicorum, Templorum, Theatrorum, Thermarum, Circorum &c. vti iam ante satis monui. Quę quidem te recte monere volui, tu opera nostra feliciter fruere, & bene vale.

EXPLICATIO TABVLAE GENERALIS VRBIS ROMÆ.

QVatuor Regionum & Portarum, inclusis his quatuor montibus, Palatino ab Ortu, Capitolino ab occasu, Auentino à meridie, & Exquilino, hoc est, S. Petri in vinculis, à Septentrione, Vrbem suam quadratam Rhomus siue Romulus condidit: Seruius Tullius deinde octo Portarum & Regionum: Diuus Augustus postea sexdecim Portarum atque Regionum: demum triginta quatuor Portarum cum singulis Regionibus, & rebus earum potioribus ex Plinij descriptione, vrbem Romam nos inpræsentiarum ob oculos ponimus; Prætermisso earum Circuitu, Balneis, Mensis, Olearíis, Salinis, Laniorum, Piscariorum, Vicorum, Insularum, Domorum, Balneorum, Horreorum, Pistrinorum, Puteorum, quos Lacos secundo declinatu dictitant, numero, plurimisque insuper rebus, quoniam in libellis, qui de vrbis Regionibus circumferuntur, habentur. Tametsi multa in iis temere farciuntur, vti sunt vicorum quorundam nomina. Cur non omnium? quoniam plura non leguntur in Cippo Quadrato statuæ diui Hadriani, qui hodie quoque in Capitolio visitur, in porticus D. Conseruatorum angulo, plurimaque præterea ex Plinio, cæterisque scriptoribus inepte & parum Latine adduntur. Quæ cuncta cum suprascriptis M. Fabius Caluus ciuis Rhauennas Liuium, Varronem, Dionysium, Plinium, Sextum Rufum, multosque alios, qui de his scripserunt, secutus digessit, sedulitate strenui viri Ludouici Vicentini multum coadiutante. Tandem auspicius & patrocinio Patris amplissimi Flamendialis, hoc est, pileo Cardineo redimiti & Apostolici AErarij Præfecti, D. F. Harmellino Medices. Quippe qui plurima his fere non inferiora faciunda curet. Inter quæ locus est, quo adolescentes sui Perusini disciplinas omnes cum alimentis capessant. Cuius quidem sexdecim Regiones vel quemadmodum Libelli regionum præ se ferunt, & Plinius, & D. Hadriani statuæ inscriptio, quæ in Capitolino monte duobus locis cernitur, quatuordecim, quoniam vt Circum Flaminium & Campum Martium vnam faciunt: Sic & Transtiberinam & Vaticanam vnam ponunt.




ortus Ostiensis.
Riuulus Tiberis
Porta Portuensis
Porta Aurelia
Circus
Templ. Neronis
Sepulchrum Numae.
MONS
Templum Iani.
Porta Laurentina
Por. Ostiensis
Pons Aemilius.
T
I
Pons Palatinus siue Senatorius.
INSVLA.
OSTI BERINA.
Porta Trigemina
Porta Trigonia
Casa Rhemi
Porta Naualis
Armilustrum
Templum Dianae
Pons Fabritii.
TEMPLVM
Iouis
Porta Sancualis
Cohors
Domus
vigilum
Sacerdotii
Ara
ARX
Porta Naeuia
MONS SAVENTINVS
Ara Dianae
Asylum.
MERIDIES
MONS CAPITO
TEMPLVM Apollinis cum Bibliotheca
Por. Radusulana
Regia Saturni
Porta Camena siue Capena.
Saeptum Herculis.
Porta Latina
MONS PALAT
Porta Labicana
Porta Gabina
Porta Querquetulana siue Caelimontana.
Porta Triumphalis siue sacra.
Porta prenestina




CCASVS
Porta Septimiana.
Porta Valeria.
Templum Apollinis.
Templum Februi
Templ. Carmente.
S
NICVLVS ET VATICANVS.
I
R
E
B
Pons Miluius
Porta Flumentana siue Flaminia
Porta Rhutumena siue Veientana.
Pons Hadrianus.
Porta Rho
Pons Vaticanus.
DOMVS Aurea Neronis.
Domus Pastorum.
Templ. Sarapidis
Templum Isidis.
Castra Mesenatium.
Templum Quirini
MONS EXQVILINVS.
META veneris siue sudās
Nympheum publ.
MILIARIVM AVREVM.
MONS QVIRINALIS.
AMPHITHEATRVM.
Templ. Claudiorum.
Castra peregrina.
Castra prætoria.
Curia hostilia
Armamentum publ.
MONS CELIVS.
Porta Piacular
Porta Salutaris.
Porta Exquilina.
Porta Minutia.
Porta Mutra.
Porta Tiburtina.
RTVS


E


hæc potiora.
Porta Mugoma
Monetæ ædes
ASYLVM.
Saturni ædes.
TEMPLVM IOVIS CAPITOLINI.
ÆRARIVM
ARX
Porta Tarpeia.
SEPTEN
TRIO
Porta Carmentalis
MERI
DIES
Custodia Vigilum.
Porta Pandana
CVRIA
ORTVS

CApitolinum vero montem Romulus ſic partitus fuerat, quem poſtea hoc pacto, vt ait Liuius, circummunierat.

CAPITOLII FORMA ET MVNITIO.


SEPTENTRIO.
PISTRINVM
INSVLAE ET VICI
Pistrinum.
INSVLAE & VICI
PISTRINVM
INSVLAE ET VICI
Pistrinum.
INSVLAE ET VICI
Horreum
HORREVM
Horreum.
HORREVM.
COMMODI THERME.
OCCASVS
Puteus
Domus
DRVSI ARCAS
INSVLAE ET VICI
Puteus
DOMVS
TRAIANI ARCVS
INSVLAE ET VICI
Puteus
Domus
Severi arcus
INSVLAE & VICI
ÆDES
Puteus
Domus
Severi therme.
Honoris et Virtutis ædes.
Camenarum ædes
CAMAENAE.
ALMO FLVVIVS
ORTVS
Cybeles ædes.
VIA APPIA
Porta siue
Camena Capena.
MERIDIES


PRima quidem vrbis Romæ regio, Camena Porta dicitur, à Camenarum Templo ſecundum ſeſe dextra ſito, ſiniſtra euntibus Diui Sebaſtiani ædem verſus, quæ poſtea Capena Porta dicta fuit, quoniam illinc populi Capenates peterentur, qui nunc Carpenati dicuntur. Quæ quidem prima regio hæc potiſſima habuiſſe legitur, ab occaſu, & circi maximi aditu auſpicando, & vſque ad Almonem fluuiolum, & S. Sebaſtianum petendo, hoc eſt, eius ædem, quæ ædes Cybeles fuit, cuius ſimulacrum in Almone lauabatur, vti in plurimis locis legere eſt. Hæc inquam primaria continuit Druſi Arcum: Diui Traiani Arcum: Diui Veri, ſiue Seueri Arcum: Honoris & virtutis ædem, vbi nunc eſt S. Siſtus: Thermas Seueri, nunc dicitur eſſe S. Io. ante Portam Latinam: Thermas Commodi, prope S. Io. in Fonte: & extra portam, Templum Camenarum: Almonem Flu. Telluris ædem, ſiue Cybeles, nunc S. Sebaſtianus dicitur.

Ne quis ambigat & ignoret, quid inſulæ ſint & vici ac domus, quæ paſſim in his Regionibus ponuntur. Inſulæ ſunt paruæ domunculæ tenuiorum & pauperum: Vici autem ſunt viarum directiones: Domus vero ſunt magnę Potentiorum, Nobilium, Ditiorum, & Optimatum habitationes.

CAMENA SIVE CAPENA PORTA PRIMA REGIO.

ORTVS










VIA QVERQVETVLANA



SEPTEN
TRIO






















































MERI
DIES

VIA COELIMONTANA

Porta Querquetulana
Sive Coelimontana

OCCASVS

EXPLICATIO SECVNDAE TABVLAE.

SEcunda verò Regio Querquetulana ſiue Cœlimontana dicta fuit, quę poſt Palatinam, & ab Occaſu, hoc eſt, S. Ioannis & Pauli ęde incipit, & in Querquetulanam Portam ſiue Cœlimontanam, & Lateranam portam ortum verſus protenditur: Hęcque illuſtriora continuit, Hoſtiliam regiam, Claudiorum Templum, & Porticum: Caſtra Peregrina, vbi nunc S. Quatuor Coronatorum ædes dicitur eſſe: Armamentarium publicum, vbi nunc S. Gregorij ædes eſt, & ruinæ vltra eam.

COELIMONTANA SECVNDA REGIO.

MERIDIES.



Horti Mœcenatis cum turri.




Therme Titi nunc Capoccie dicuntur.



Amphi theatrum.



Arcus aurec.




Therme Traiani nũc S. Martinellus.



Therme Phillippi Imper.

VIA AD AMPHITHEATRVM.



ORTVS

IN SV LÆ ET VI CI — HO PI DO PV — IN SV LÆ ET VI CI — R S M TE — IN SV LÆ ET VI CI — R T VS I — IN SV LÆ ET VI CI — E R DO PV — IN SV LÆ ET VI CI — A I M TE — NA VS I — IN SV LÆ

OCCASVS ET VI CI

Arcus Galieni Imp.

Domus sacerdotum. Domus sacerdotum. Curia vetus. Sacrificium. Arcus aurec. Domus Sacerdotum. Templum. Pretum prefectis. Domus Bruti. Domus siue schola pastorum.

Arcus Pastorum et Capulatorum.

VIA ISIDIS Templum Iunonis Monete ET Sarapidis et Isidis. SARAPIDIS



Sanctum coragium quo parabantur ludi ad amphitheatrum.



PORTICVS LIVIAE

SEPTENTRIO


EXPLICATIO TERTIAE TABVLAE.

Tertia quidem Regio Moneta, Sarapis, & Isis dicitur ab horum templo, quamuis Moneta alibi in Capitolio fuisse dicatur. Quondam Exquilina hæc Regio dicta fuit, & mons Exquilinus. Nũc autem S. Petri in Vinculis Mons dicitur. Quæ quidem Tertia Regio ab Arcu Pastorum, & domo Capulatorum ab Occasu incipit, & vsque ad Galeni Arcum, & S. Vitum Ortum versus protenditur. Hæq; potissima habuisse legitur, Pastorum Arcum & Capulatorum domum siue Scholam: Puteum siue Lacum eorundem; Castra prætoria, & Misenatia: Templum Sarapidis, & Isidis, vbi nunc S. Petrus in vinculis: Domum Bruti, præturam præsentissimam Arcum duplicem Aureæ domus, vnum Septentrionem versus & suburram, alterum ad Meridiem & Amphitheatrum; Monetæ Templum: Curiam veterum Sacerdotum: Mecœnatis hortos cum Turri: Thermas Titi, quæ nunc Capociæ dicuntur: Porticum Liuiæ; Thermas Philippi: Thermas Traiani, nunc S. Marinellus in Montibus: Choragium, vbi parabantur ludi Amphitheatrales.

MONETAE SARAPIDISQ. ET ISIDIS TEMPLVM, HOC EST MONS S. PETRI IN VINCVLIS, TERTIA REGIO.

MERIDIES


Forum transitorium.



Porticus Apsidata siue Latonæ.



Templum Iouis Statoris.



Area Vulcani cum Vulcanali antro.



V I A C A R I N A R V M

OCCASVS

S V B V R R A

ædes *ædes* *ædes* *ædes* *ædes.* *ædes* *ædes* *ædes.*

Horreum *Horreum.* *Horreum.* *Horreum.*

PI ST RI NA

INSV LAE ET VICI

Domus. *Domus* *Domus.* *Domus.*

Puteus. *Puteus.* *Puteus.* *Puteus.*

Templum Telluris.

Templum Faustinæ.

Templum Veneris

Templum Rhomi.

Horrea castrentia

Templum Pacis.

Arcus Titi Imp.

Meta Veneris siue Sudans.

ORTVS

Arcus Fabianus

Templum Vespasiani et Titi.

V I A S A C R A

SEPTENTRIO

EXPLICATIO QVARTAE TABVLAE.

QVarta verò Regio Templum Pacis dicitur, quæ quidem à Veneris Meta prout ait Tacitus, siue Seneca vult, & ab Ottu principium sumit, & vsque sub Capitolium tendit, quæ quidem Meta Latericia semidiruta nunc quoque cernitur ante Traiani seu Constantini Arcum, de Thracum Victoria. Hæcque celebratiora Regio hæc continuit. Metam ipsam ab Ortu, Titi Templum & Vespasiani; Titi Arcum cum quatuor aheneis Equis & auratis in superna parte, qui equi Venetiis nunc visuntur vecti de Constantinopoli illuc: Templum Pacis: Templum Rhomi, Rhomuliue siue Rhomæ, nunc S. Cosmæ & Damiani: Templum Faustinæ, nunc S. Laurentius in Miranda dicitur: Templum Telluris: Arcum Fabianum, qui post S. Hadrianum cernitur: porticum Apsidatam siue Arcuatam & Latonæ: Forum transitorum: Templum Iouis Feretrij: Apollinem Sandalarium: Aream Vulcani, cum Vulcanali antro: & à Meridie Viam Sacram. Suburra quidem ab Arcu Fabiano incipit, medioque fere spacio sinistra magnam Regionem faciebat, rectaque vsque ad Galeni arcum & S. Vitum in Macello Liuiæ tendebat, qui ascensus clinus Suburranus dicebatur.

TEMPLVM PACIS QVARTA REGIO.

SEPTENTRIO

Aedes

insu- lae & vici.

Thermæ Agrippinæ

Aedes.

Horreum

Pistrinum.

Domus.

Puteus.

Thermæ Nouati Olympij

Aedes.

INSV- LAE ET VICI.

Templum Isidis.

Aedes.

Horreum.

Pistrinum

Domus.

Puteus.

Templum Iouis Viminci

Aedes.

insu- lae & vici.

Templum Herculis

Aedes.

Horreum

Pistrinum.

Domus.

Puteus.

Templum Mineruæ.

Aedes.

INSV- LAE ET VICI.

Templum Iunonis lucinæ.

Aedes.

Horreum

Pistrinum.

Domus.

Puteus.

VIA SACRA SIVE TRIVMPHALIS

OCCASVS

AE

INSV- LAE ET VICI.

Arcus Galieni Imp.

H

PI

DO

PV

Macellum liuie

D

INSV- LAE ET VICI.

Horti Plantiani

I

OR

ST

M

T

Nymphæum Alex andri Im per.

C

INSV- LAE ET VICI.

Thermæ Caij et Lucij.

V

RI

RI

V

E

Puteus Orphei

L

AE

INSV- LAE ET VICI.

Castra prætoria.

ORTVS.

A

NA

S

I

Amphitheatrum

Castrense Lucij Tauri.

MERIDIES.

F. 3

EXPLICATIO QVINTAE TABVLAE.

QVinta vero Regio, quæ Exquilina dicitur, ab Occasu & Arcu Galeni, siue S. Vito exordium sumit, & in ortum tendit, vsque ad S. Crucem in Hierusalem, & inde reflectitur, & in Meridiem finit, quæ hæc potissima habuisse dicitur. Galeni Imperatoris arcum. Macellum Liuiæ, nunc S. Vitus in Macello Liuiæ dicitur: Hortos Plancianos Nymphæum Alexandri Imperatoris, Thermas Caij & Lucij, siue domum, Templumve, quæ nunc Thermæ engalluci dicuntur. Puteum siue lacum Orphæi. Castra cohortis secundæ Vigilum. L. Tauri Amphitheatrum castrense, quod nunc quoque Latericium in S. Crucis hortulo cernitur: Templum Iunonis Lucinæ: Templum Mineruæ Chalcidicæ, siue Medicæ: Templum Iouis Viminei: Templum Iouis Fagutalis: Templum Isidis Patriciæ: Templum Herculis: Thermas Nouati Olympij Imperatoris, nunc S. Pudentiana dicitur, Thermas siue lauacrum Agrippinæ matris Neronis, nunc S. Laurentius Panisperna dicitur.

EXQVILINA QVINTA.

OCCASVS.

Æ D E S Aedes. Æ D E S.

HOR
PI
DO
PV
Regia pau. Æmily

INSV:
LAE
ET
VICI
Templum
Salutis cum
area

REA
ST.
MVS
TEI.
Gallinæ albæ.

INSV:
LAE
ET
VICI.
Statua
Mamurri.

HOR
RI
DO
PV
Templum
Fortunæ pub.

INSV:
LAE
ET
VICI.
Thermæ
Caij Cæsaris.

REA
NA
MVS
TEI.
Templ. Quirini.

INSV:
LAE
ET
VICI.
Circus
Floralium

ALTA SEMITA NVNC MONS CABALLVS.

MERI
DIES

Balnea Pau.
Æmilij.
Insu
lae
&
VICI.

Templum
Sarapidis
PV
DO
PI
Horreum.

Templum
Flauiæ gentis.
Insu
lae
&
VICI.

Domus Flauiorum.
TE
M
STRI
Horreum.

Capitolium
Vetus.
Insu
lae
&
VICI

Horti Salustij
I
VS
NA.
Horreum.

Forum
Salustij
Insu:
lae
&
VICI.

SEPTEN
TRIO.

Aedes. ædes. Aedes. ædes. Aedes ædes Aedes ædes

ORTVS. ORTVS

EXPLICATIO SEXTAE TABVLAE.

SExta verò Regio Alta ſemita dicitur, quæ à meridie incipit, & in Septentrionem deſinit, Monſq; Caballus nunc dicitur, quę hæc potiora habuit: Pauli Regiam, ſiue Tiberianam, quę nunc Turris Militiarum dicitur: Templum Salutis: Templum Fortunæ publicę: Thermas Caij Cæſaris, quę poſtea Conſtantini dictę ſunt: quò Equos miſſos Neroni per Tiridatem Regem Harmenię, Tigriſq; & Euphratis Flu. ſimulacra tranſtulit. Niphatis autem Flu. ſaxoſi & voluentis ſaxa in Forum Romanum, vnde Marforum dicitur, ſiue quod ſecundum Martis ædem foret. De quibus Equis Mons Caballus dictus eſt: Thermas Aurelianas, ſiue Diocletianas: Saluſtianum Forum: Saluſtianos Hortos & altera via, ſi ad Meridiem redeas, Pauli balnea: quę nunc Monte mangia Napoli dicuntur: Calidij, ſiue Candidi aream. Gallinas albas Liuiæ. Mamuri ſtatuam: Templum Sarapidis: Domum Flauiæ gentis, & Templum: Templum Quirini, quod nunc S. Suſannæ dicitur: Circum Floralium, cuius Obeliſcus hodie quoque humi ſtratus in Vineto nobilis Ciuis Romani Antoni de Bubalo cernitur.

ALTA SEMITA MONS CABALLVS NVNC DICITVR SEXTA REGIO.


ORTVS.

Templum Nympharum

Forum.



Forum Suarium.




Templum Solis.



siue Nympheum Iouis.



Archemori.



Campus Agrippæ.


A E D E S. A E D E S.









SEPTEN TRIO.

INSV LAE ET VICI.

HOR REA

Insu lae & VICI

Insulæ & VICI.

Pistri num.

DO MVS

PV TEI

Porta flumentana siue popularis

Sepulcrum Neronis.

Puteus Hany=medis

Magnus Campus Martius.

Septa campi

marty

Arcus Domitiani

Templum Spei.

Templum Fortunæ.

Templum Quirini.

Vicus argentarius

Porta Tarpeia

MERI: DIES.

V I A L A T A

OCCASVS

EXPLICATIO SEPTIMAE TABVLAE.



Eptima quidem Regio Via Lata dicitur, nunc Campus Martius,& Columna:principium sumit à porta Flumentana, siue Flamina, quæ nunc vulgo de Populo dicitur, & à Septentrione Meridiem versus sub Capitolini Montis radices finit. In qua hæc potissima fuisse recensentur. Porta Flumentana primo loco ponitur. Neronis sepulchrum, & bustum. Mons & Horti nunc S.Mariæ de Populo dicitur.Puteus siue lacus Ganymedis. Campus Martius magnus. Sœpta campi Martij. Domitiani Arcus nouus. Cum Elephantorum duabus quadrigis in superna parte, Quarum vna Ortum spectat,altera Occasum. Templum Spei, Templum Fortunæ, Templum Quirini, Campus Agrippæ, Campilianus vulgo. Templum Nympharum,siue Nymphæum Iouis.Forum Suarium.Forum Archemori, Vicus argentarius sub Iouis Capitolini Porta.

VIA LATA HOC EST VIA A POPVLO VSQ. AD CAPITOLIVM SEPTIMA REGIO.

G

OCCASVS.

Aedes. Horreum. ædes. Aedes. Horreum. ædes. Aedes. Horreum. ædes. Aedes. Horreum. ædes.

Insu lae & Vici

PI DO PV

ST MVS TEVS

INSV LAE ET VICI

RI DO PV

Insu lae & Vici

NA MVS TEVS

Forum Boarium

Arcus Septimij

Elephas Herbarius.

Templ. Cæs. In foro Ro.

Forum Cæs. cum basilica Iulia.

Miliarium Aureum.

Arcus Fabianus

Forum Augusti.

Forum Traiani

Templ. Traiani cum Columna.

versus forum Boarium

VIA FORI ROMANI

MERIDIES

SEPTENTRIO

AE D ES AE D

Horreum. Horreum. Horreum

Pistrinum DO Puteus

INSV LAE ET VICI

Pistrinum M Puteus

INSV LAE ET VICI

Pistrinum. VS Puteus.

Arcus Augusti Quadrifons.

Templum Castoris.

Templum Deum Penatum

Templum Vestæ

Regia Numæ.

Templum Iani

Atrium Mineruæ.

Equus Domitiani

ORTVS

EXPLICATIO OCTAVAE TABVLAE.

OCtaua autem Regio Forum Rhomanum, & magnum dicitur, à Meridie incipit, & in Septentrionem protenditur, hæcque paucula ex plurimis, quæ in eo fuerant, referuntur. Arcus Augusti quadriforis. Templum Castoris, nũc S. Georgius dicitur. Templum Deûm Penatium. Templum Vestæ. Numæ Regia Comitium. Templum Iani. Domitiani Equus aheneus inauratus, qui Rheni Flu. simulacrum calcabat, quem esse volunt eum, qui est ad Lateranum, cui subductus sit Rhenus, & Aurel. Antonini caput impositum. Mineruæ atrium. Forum Boarium. Elephas herbarius. Templum Cæsaris in Foro, cuius è Regione Columna erat cum Cæsaris statua thoracata, & sub ea simulacrum Equi Cæsaris, Forum Cæsaris cum basilica Iulia, quæ nunc S. Basilius dicitur, Forum Augusti, Miliarium aureum, Forum Domitiani, quod transitorium, & Neruæ dictum est. Forum Traiani, in cuius medio Columna cochlea, & triumphalis erat, in cuius vertice statua thoracata fuerat cum hasta, quam Martis aliqui fuisse volunt, aliqui Traiani ipsius, Templum Traiani, statua equestris ahenea eiusdem. Arcus Fabianus, vnde Suburra incipit. Capitolium, & plurima alia celebrata, quæ longum esset, si quis omnia dissertaret.

RHOMANVM FORVM ET MAGNVM
OCTAVA REGIO.

OCCASVS.

A E D E S. A E D E S Æ D ES.

H O R R E A

PI S DO MVS PV TE

T R NA I DO MVS VS PV TE VS

Insulae & Vici. INSVLAE ET VICI. Insulae & Vici. INSVLAE ET VICI. Insulae & vici. INSVLAE ET VICI.

Circus Flamminius. Tempi. Herculis. Porticus Philippi. Carcer Claudij Decemuiri. Teatrum Marcelli Templum Jani. Porticus Balbi Teatrum Balbi. Porticus Seueri. Teatrum nini Caracallæ. Campus Martiu minor. Porticus Pompeus Teatrum Pompei. Teatrum Antonini Aurelij. Arcus Theodosij Imperat. Templum Adriani.

VIA CIRCI FLAMMINII ET CAMPI MARTII

MERIDIES.

SEPTENTRIO.

A E D E S. A E D ES Æ D ES.

Horreum. Horreum. Horreum. Horreum. Horreum. Horreum.

PI DO STRI MVS NA DO PIS MVS TRI DO NA MVS

Insulae & Vici. INSVLAE ET VICI. Insulae & vici. INSVLAE ET VICI.

Puteus. Puteus. Puteus. Puteus. Puteus. Puteus.

Porticus Agrippæ. Termæ Agrippæ. Pantheō. Termæ Neron siue Alexādri. Circus Neronis siue Alexādri nunc Agon. Templum Apollinis. Templum boni euentus. Thermæ Adriani. Collumna Antonini Pii. Templum Antonini. Templum Sarapidis et Isidis. Campus Martius maior. Mausoleum Augusti.

ORTVS.

EXPLICATIO NONAE TABVLAE.

NOna Regio Circus Flaminius dicitur, quæ & Campum Martium, qui dicitur Magnus, complectitur, ad minoris differentiam, qui nunc S. Martinellus dicitur in Campo Martis, quæ à Meridie ſumit exordium, & in Septentrionem finit. Circus Flaminius primo loco ponitur, qui nunc non eſt. Templum Herculis. Porticus Philippi nunc S. Maria in porticu dicitur. Carcer Claud. Decemuiri, nunc S. Nicolaus in carcere Claudiano. Theatrum Marcelli, nunc Domus Sabella. Templum Iani. Theatrum Balbi & Porticus, ſiue Crypta, nunc Ponthecæ obſcuræ. Porticus Seueri, nunc Ceura, quæ cernitur apud Iud. Plat. diruta. Theatrum Antonini Caracallæ, nunc Harenula. Campus Martis minor, nunc S. Martinellus, vti dictum fuit ſupra. Theatrum Pomp. & porticus, cuius ruinæ cernuntur è Campo florę. Theatrum Aurel. Antonini, nunc nihil extat niſi ruinæ, vbi repertæ ſunt illæ tredecim Perſonæ Marmoreæ Theatrales; quas Clemens Pon. Sept. emptitauit. Domus Ceioniorum ſiue Cromatiorum, nunc mons Iordanus, ab Iordano quodam Nurſino prout nonnulli ſcripſerunt, Theodoſ. Valent. & Gratiani Imp. Arcus, nunc non extat, ſed vbi nunc ſignantur & cuduntur Numuli, illic fuerat Pons Hardianus. Hinc recurrimus ad porticum Agrippæ nunc Pelliciaria, Thermę Agrippæ, quę ab hoc porticu Pantheon vſque protenduntur, Pantheon nunc S. Maria rotunda, Thermę Neronis, quę poſtea Alexandri dictę ſunt, Circus Neronis ſiue Alexandri nunc Agon dicitur, templum Apollinis, nunc S. Apollinaris. Thermę Hadriani, nunc S. Aloiſius. Templum Sarapidis & Iſidis, nunc Piaccia de Sarra, templum Antonini cum Columna cochlea, & triumphali ſtatua in ſuperna parte, vti in Columna Traiani, nunc ea Regio Columna dicitur, ab ea Scipionum fons, qui defluit in Tiberim ante S. Rochum. Campus Martis maior. Manſolęum Auguſti, nunc Auguſta, hic finit hęc Regio, quę maxima eſt, cum duas, vti diximus, complectatur.

CIRCVS FLAMINIVS NONA REGIO.



ORTVS.
aedes
aedes.
aedes.
aedes.
aedes.
aedes.
aedes.
Horreum.
Horreum.
Horreum
INSV LAE ET VICI.
INSV LAE ET VICI.
INSV LAE ET VICI
Pistrinum
Pistrinum.
Pistrinum.
Domus.
Domus.
Domus.
Puteus.
Puteus.
Puteus.
Casa Romuli.
Templum matris Deum.
Templum Apollinis cum Bibliotheca.
Templum Rhamnusiae.
Pentapylon Iouis.
Domus Augusti.
VIA PALATINA.
SAEPTVM solis seueri
Aedes Iouis
Victoria Germanici.
Domus Tiberij.
MERIDIES.
Horreum
Pistrinum
Domus.
Puteus.
Curia vetus.
INSV LAE ET VICI.
Horreum.
Pistrinum
Domus.
Puteus.
Auguratorum.
Domus
INSVLAE ET VICI.
Horreum.
Pistrinum
Domus.
Puteus.
SEPTEN TRIO.
aedes.
aedes
aedes
aedes
aedes.
aedes.
OCCASVS.

EXPLICATIO DECIMAE TABVLAE.



Ecima Regio Palatium, siue Palatina dicitur, à Meridie auspicatur, & in Septentrionem protenditur, & vtrinq; tam ab Ortu quam ab Occasu hæc continuit primaria. Casam Rhomi, siue Rhomuli. Matris Deûm ædem. Apollinis ædem cum Bibliotheca. Rhamnusiæ ædem. Pontapylon Iouis. Domum Augusti. Domum Tiberij. Iouis ædem. Curiam veterem, Auguraiorium. Victoriam Germanici. Sæptum Solis Seueri.

PALATIVM SIVE PALATINA DECIMA REGIO.

MERIDIES.

Ædes | Aedes | Ædes. | Aedes. | Ædes. | Aedes

Herreum | Horreum. | Horreum.

Pistri–num. | Pistri num | Pistrinum.

Domus. | Domus. | Domus.

Puteus. | Puteus. | Puteus.

INSV LAE ET VICI.

INSV LAE ET VICI.

Templum Solis et lunæ

Templum Mercury.

Circus Maximus

Ædes matris Deum.

Ædes Jouis

VIA CIRCI MAXIMI

Ædes Apollinis celum respi ciëtis

ORTVS.

OCCASVS.

Ædes Cereris.

Aedes Herculis.

Porta Trigemina.

Horreum. | Hor reum

Pistrinum. | Pistrinum.

Domus. | Domus.

Puteus. | Puteus.

INSV LAE ET VICI

INSV LAE ET VICI.

Aedes. | Aedes. | Aedes. | Aedes. | Aedes.

SEPTENTRIO

VNdecima Regio Circus Maximus dicitur. Ab Ortu incipit ſub Palatini Montis radicibus, & ad portam Trigeminam, hoc eſt, S. Pauli tendit, per plana inter Auentinum Montem, & Tyberim, quæ hæc continuit: Solis Templum, & Lunæ Templum. Matris Deûm ædem. Iouis ædem. Cereris ædem. Apollinis cælum reſpicientis ædem. Herculis ædem. Ditis patris ædem. Portam Trigeminam.

CIRCVS MAXIMVS DICITVR VNDECIMA REGIO.

H

SEPTENTRIO.

Æ D E S Æ D E S

HOR
PIS
DO
PV
Thermæ Antonianæ

INSV-
LAE
ET
VICI.
ædes Dianæ.

R
TRI
MVS
TEI.
ædes bonæ deæ subsaxanæ.


INSV-
LAE
ET
VICI.
ædes Isidis Athenodoriæ.

E
N
DO
PV
ædes Fortunæ mammosæ.

INSV-
LAE
ET
VICI.
Piscina Publica.

A
A
MVS
TEI.
ædes Plutonis siue ditis Patris

VIA NOVA PISCINAE PVBLICAE



MERIDIES.

EXPLICATIO DVODECIMAE TABVLAE.

DVodecima Regio, Piscina publica vocabatur, quę quidem sinistrâ Portâ Capenâ ingressis occurrit, & ab Ortu incipit, tenditq; in Occasum vsq; sub Auentini montis radices, aliquantūq; ad Meridiem, & Septētrionem versus dilatabatur. Quę hęc paucula principalia continuisse legitur. Veneris almæ Piscinam publicam. Fortunam mammosam. Isidem Athenodoriam. Aedem Bonæ Deæ subsaxanæ, nunc S. Balbina. Dianæ ædem. Thermas Antonini Caracallæ, nunc Antonina dicuntur. Domos septem Parthorum, Hadriani priuata, Domum Chilonis. Domum Cornific, Campum lauatarium, Hortos Asinianos.

DVODECIMA REGIO PISCINA PVBLICA DICTA.

ORTVS

Æ D E S Æ D E S

Horrea. Horreum. Horreum. Horreum.

Pistrina. Pistrinum. Pistrinum. Pistrina.

Domus. Domus. Domus. Domus.

Puteus. Puteus. Puteus. Puteus.

INSV LAE ET VICI.

Insu lae & vici

INSV LAE ET VICI.

Templum Dianæ. Templum Mineruæ. Termæ Varianæ. Horrea Galbæ. Horrea Aniciana. Nympheum Thermæ Decianæ.

SEPTENTRIO. VIA AVENTINI MERIDIES.

Porticus Fabaria. Atrium libertatis. Forum pistorum. Schola Cascij. ædes Veneris. ARMILVSTRVM. Priuata Traiani

Horrea. Horreum. Horreum. Horrea.

Pistrina. Pistrinum. Pistrinum. Pistrina.

Domus. Domus. Domus. Domus.

Puteus. Puteus. Puteus. Puteus.

Insu lae & vici

INSV LAE ET VICI

Insu lae & vici

Aedes. ædes. Aedes. ædes. Aedes. ædes. Aedes. ædes.

OCCASVS

EXPLICATIO DECIMAETERTIAE TABVLAE.

TErtiadecima Regio dicebatur Auentinus, quæ quidem à Septentrione incipit & in Meridiem tendit. Hæcq; potiora continuit. Armiliſtrum. Templum Dianæ. Templum Mineruæ, nunc S. Sabina dicitur. Nymphæ atria, hoc eſt, fontes magnos vbi Nymphæ catino aquam ſpargunt. Thermas Varianas, ſiue Sirianas. Thermas Decianas. Mappam auream. Platenona, Horrea Galbæ, Horrea Aniciana. Porticum Fabarium, Scholam Caſſi, Forum Piſtorum, Atrium Libertatis, Traiani Priuata.

REGIO TERTIADECIMA. AVENTINVS DICEBATVR.

H 3

MERIDIES.

ÆDES ÆDES ÆDES ÆDES ÆDES

HORREA PISTRINA DOMVS PVTEI

Insulae & vici

PIST DO PV

Insulae & vici

RINA. MVS. TEI.

INSVLAE ET VICI

RE PIST DO PV

Insulae & vici

A RINA. MVS. TEI.

Insulae & vici.

Templum Cai Cæs.

Templum Iouis.

Templum Æsculapij

Templum Fauna.

Circus Neronis.

Naumachia Neronis.

Statua valeriana

Statua Variana

Ianiculus Mons.

Sepul Numæ.

Septimij area.

VIA TRANSTYBERINA ET VATICANA

Thermæ Septimij

ORTVS.

Templ. Iani Septimiani

Horti Getha

Horti Domitij

Mons vaticanus

Circus c. cæs. & Neronis.

Naumachia eorundem.

Porticus Neronis

Pyramus diui pij

Theatrum diui pij

Thermæ diui pij.

OCCASVS

Insulae & vici

HOR PIST DO PV

Insulae & vici.

REA RINA. MVS. TEI

Insulae & vici

HOR. PIST DO PV

Insulae & vici.

REA RINA MVS. TEI.

HADRIANI Mausoleum

Aedes. Ædes. Aedes. Ædes Aedes. Ædes. Aedes. Ædes Aedes Ædes.

SEPTENTRIO

EXPLICATIO DECIMAE QVARTAE TABVLAE.

QVartadecima Regio Transtyberina dicitur, quæ magna est, cum & Vaticanam complectatur, ab Ortuq; incipiat, & in Occasum tendat, & in Septentrionem reflectatur. Hæcq; de multis continuisse dicatur, Caianum, hoc est, C. Principis Templum. Templum Iouis in Insula. Templum Aesculapij in eadem. Templum Fauni in eadem. Naumachiam Neronis. Statuam Valerianam. Statuam Varianam. Ianiculum. Numæ Sepulchrum. Septimi aream. Septimi Thermas. Septimi Ianum. Hortos Getæ. Hortos Domitij. Vaticanũ. Naumachiam C. Principis, & Neronis, vbi nunc S. Petrus est. Porticum Neronis. nunc suburbium, siue burgum S. Petri dicitur. Diui Pij Pyramidem, nunc Meta dicitur quam Alexander Pontifex Sextus diruit, ex Pauli Veneti Pontificis designatione, vti ex Castro Hadriani, siue S. Angeli Palatium vsq; viam dirigeret. Quæ nunc Burgum nouum dicitur. Theatrum Diui Pij, cuius vestigia quædam in Vineto nescio cuius Argentarij Fabri, prata Quintia versus cernuntur, Thermas Diui Pij, vbi nunc surgit Palatium cum vineto Clementis Pontificis Septimi, Templum Hadriani, nunc S. Maria transpontina dicitur, Mausoleum Hadriani, nunc Castrum S. Angeli vocatur.

TRANSTYBERINA REGIO QVARTADECIMA.

CIRCI OVATA FORMA.


CIrcus Ouata forma erat, Cæli inſtar, cum ſeptem Planetis. Obeliſcus medio loco Solis inſigne habebat: Metæ tres vtrinque pro reliquis ſex Planetis erant; quas currendo quadrigę circuibant. Erat autem locus ampliſſimus, vbi equeſtres curſus ſpectacula & certamina Rhomæ exhibebantur, & dicebatur Circus Maximus ad differentiam Circi Apollinaris, qui erat apud AEdem Apollinis; Circus maximus Tarquinij temporibus inſtitutus teſte Liuio lib. 3. Dec. 1. vbi ita ſcribit, Tum primum Circo qui Maximus dicitur, locus deſignatus: Loca diuiſa patribus equitibusque, vbi ſpectacula ſibi quiſque facerer, fori appellati: Diuus Hieronymus à Romulo Circos primum inſtitutos ſcribit, cuius hæc ſunt verba: in Romanis vrbibus iam inde ſeruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum CONSO, quaſi Conſiliorum DEO, quadrigæ ſepteno currant circuitu, & equos partis aduerſæ fregiſſe victoria ſit. Erant tres omnino Circi Romæ, 1. Armiluſtrum, 2. Circus Maximus, 3. Neronis. Forma Hippodromi ex Heliotropio Ouata datur: Agitatorum quatuor factiones celebrantur, Aiba, Ruſſata, Veneta, & Praſſina. Certabatur in eo pernicitate equorum citra pugnę ſimulacrum. Super Quadrigis leuioribus, equis quatuor perniciſſimis iunctis, ſtabant agitatores pueri puellæve omni cura in id edocti. Quæ ſpectacula Romanis olim erant longe celebratiſſima; quorum exemplar hic luculentum expreſſum ſubijcimus.


MERIDIES
OCCASVS
QVADRIGAE
ORTVS
CIRCVS
SEPTENTRIO
12

INSVLA TYBERINA.




Cenographia Insulæ Tyberinæ, quæ ab eo tempore esse cœpit, quo Roma Tarquinii pulsi sunt: iis enim Regiis opibus & potestate spoliatis, Romani ideo non quieuere, sed cum tum in illorum agris essent segetes demessæ, eas execrabiles duxerunt, & maxima cum indignatione proiecerunt in Tyberim, fueruntque tantæ, vt in medio eius constiterint alueo, cum aqua etiam non multa deflueret, ibique Insula fortuitu facta est ex illarum cum arena & aliis eiusmodi rebus congerie, quæ postea à Romanis perfecta & munita, Insula Iouis Lycaonii vocata est à templo, quod huic DEO in ea erat dicatum. Ob simulacrum deinde AEsculapii allatum ex Epidauro cum angue, & hoc loco positum, AEsculapio tota Insula consecrata est, & ob memoriam illius Manlii, quo Romam id simulacrum est deuectum, eadem Insula ex marmore & lapide Tiburtino ad modum nauis est efformata. Fuerunt in ea tria insignia Templa, vnum Iouis, alterum Iani, tertium AEsculapii, vna cum aliis ædificiis & domo Hospitali, pro his, qui infirma essent valetudine. Græca inscriptio superius posita reperta est in hac Insula eo loci, vbi nunc est Templum Diuo Bartholomæo sacrum.


HOSPITA
LE
TEMPLVM ÆSCVLAPII
T. BERE
CINTHIAE
TEM. IOVIS. LICAONII
T. FAVN

LVPA AEREA CAPITOLINA.



E æneo Lupæ antiquiſſimo Simulacro, quod noſtram aduſque ætatem in Capitolio, ac ipſius S. P. Q. R. ædibus viſitur, vna cum binis puerulis Romulo nempe ac Remo, lac de illius mammis ſugentibus, tum veteres, tum moderni ſcriptores conuenere. Qua de re Marlianus, teſtimonio quoque antiquorum ſuffultus lib. 2. cap. 9. cum de ſtatuis, quæ in Capitolio ſunt commeminiſſet; ſic ait: In porticu interiori prope aulam, æneum Lupæ eſt ſimulacrum, ex cuius vberibus pendent Romulus & Remus vrbis conditores. de hoc Cicero ſic inquit, *tactus eſt etiam ille qui hanc vrbem condidit Romulus, quem inauratum in Capitolio paruum & lactantem vberibus inhiantem fuiſſe meminiſtis.* Huius ſimulacri effigiem expreſſit Virg. & Cicero, quorum alter ſic ait, lib. 9. AEneidos: ..... *geminos huic vbera circum Ludere pendentes pueros.* Alter verò, *Romulum etiam vberibus inhiantem.* Fuerunt autem Romulus & Remus filii Rheæ Syluiæ & Martis, quos Amulius in Tyberim proiici & matrem viuam infodi præcepit, ſed miniſtri miſericordiâ moti in ripam poſuerunt, qui poſtea à Fauſtulo paſtore inuenti & ab Aca Laurentina vxore eius, quæ meretrix fuerat, ſunt nutriti, ij iam adultiores cognita cauſa Amulium interfecerunt, auoque Numitori regnum reſtituerunt, quibus dum cum eo anguſtum Albæ videretur imperium, receſſerunt, & captatis auguriis VRBEM condiderunt. Quod autem à Lupa dicuntur aliti, fabuloſum figmentũ eſt, ad celandum authorum Romani generis turpitudinem, nec incongrue fictum eſt, nam & meretrices Lupas vocamus: Et conſtat hoc animal eſſe in tutela Martis. Verg. *Donec Regina ſacerdos Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.*


14

SEPVLCRVM BACCHI.

Mirum cur adeo in nostram vsque ætatem hæc & scriptorum & vulgi opinio irrepserit, vt Beatæ Constantinæ, Magni Constantini filię sepulcrum, Bacchi sepulcrum vocitēt: Bacchus enim aut Semeles nunquam vrbem Romam vidêre, nisi forte ea fuerit ratio, vt à maiori sumpserint denominationem, & à Templo, quod ipsa antiquitas Baccho dicauerit, inde & sepulcrum ibi consistens Bacchi nominaretur; vel forte etiam ab ipsa sepulcri celatura sic dictum fuit, totum namque vuarum racemis pampinisque & paruulis Bacchis circumquaque extrinsecus insculptum conspicitur. Sed quid de hoc sit apud Marlianum videamus; Is lib. 5. cap. 25. de via Nomentanâ, & de Templo Bacchi agens, scribit in hæc verba: Viâ eâdem (Nomentanâ scilicet) ad secundum lapidem visitur Bacchi Templum sphæricâ formâ, cum columnis geminatis, in gyrumque ita dispositis, vt Templi testudinem sustineant: vbi vermiculato opere varia ornamenta cernuntur: ibique prophireticum sepulcrum vitibus & vuis insculptis exornatum, quod vulgus Bacchi sepulcrum appellat. Hactenus Marlianus. Sed in huius sepulcri mentione illud non est prætereundum, quod Io. Baptista Platina, qui Vitas summorum Pontificum ad suam vsque ætatem conscripsit, in vita Pauli II. Veneti meminit; ait enim in hanc sententiam, ꝙ cum is Pontifex forma & pulcritudine illius sepulturæ captus (plurimum enim antiquitatibus & celebrioribus monumentis delectari solitum fertur.) iussisset illud in vrbem ad se asportari, ad id, cum itineri iam commissum esset, ac vrbem adueheretur, quod sibi forte ad monumentum parare statuisset, statim nocte intempesta repente nunciatur Pontificem ab humanis decessisse; quod fuit in causa, vt Canonici, qui Regulares dicuntur, in S. Petri ad Vincula cœnobio degentes, quiq; S S. Agnetis & Constantiæ Ecclesiis præsident, eo vnde sublatum fuerat illud restituerent. Hoc de celeberrimo ac vetustissimo Sepulchro B. Constantiæ, quod vulgo Bacchi nominant, dictum satis sit; quodque prope Ecclesiam D. Agnetis Viâ Nomentanâ secundo ab vrbe lapide, aç extra portam Piam, ad hanc nostram vsque ætatem, in Templo olim Bacchi, nunc vero S. Constantiæ dicato integrum videre licet.



ANTIQVI EX PORPHYRITE SARCOPHAGI IN BACCHI AD SECVNDVM AB VRBE VIA NOMENTANA LAPIDEM *ut rudius propter marmoris duritiem vel artificis negligentiam vel ſæculi ſane barbariem tum, in fronte, et a tergo tum dextro ac ſiniſtro latere totidem, et ijsdem figuris inſculpti, ita ſepulcri Conſtantiæ Conſtantini* MAGNI *Filiæ fama quamquam incerta vulgo noti.*

PRIAPVS.



Riapus DEVS Hortorum credebatur, & Liberi patris & Nymphæ seu Veneris filius, quia vinum Venerem commouet. Cum enim Venus Bacchum amaret, cum eo cōcubuit, deinde in Indiam Baccho profecto concubuit cum Adonide. Postea illo ex India reuerso, coronam illi obuiam progrediens obtulit, eumque sic coronatum tanquam Sponsam sequi se iussit. ex quo cum concepisset in Lampsacum oppidum Hellesponti abiit, Iuno autem infensa illi ob Zelotypiam, manu vterum illius incantando tetigit, ex quo factum est, vt illa pareret filium, non modo pręter omnes alios deformem, sed & ingenti pene præter modum dehonestatum. cuius postea cum illā puderet, reliquit in vrbe Lampsaci à se reiectum, à quo Lampsacenus dictus est. Hunc deinde cum Lampsacenis mulieribus nimium gratus esset, à ciuibus eiectum ferunt, ob quam rem, cum nescio quo malo postea premerentur, templa eidem & sacra constituerunt, factus etiam Hortorum DEVS est Immolabant ei Asinum, quod cum olim hic DEVS in festo magnæ matris Lothidem Nympham stuprare volens, intempestiuo Asini rugitu impeditus esset, vel quod mēbri magnitudine ab eo victus esset. Ithiphallos sacerdotes habebat, qui ebriorum personas gestantes coronabantur, & manicas habebant floreas siue purpureas, semialbisque tunicis vtebantur, & subtili ad talos vsque tegebantur amiculo: cum silentio autem per porticum ingressi, vbi in mediam venère saltationem, ad theatrum se conuertebant, dicentes, Recedite, DEO locum date; vult enim DEVS rectus sublimisque per medium incedere, hæc fere Athenæus. D. Augustinus de Ciuitate DEI inquit: Quid hoc dicam? cum ibi sit & Priapus, nimirum masculus, super cuius immanissimum & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur more honestissimo, & religiosissimo matronarum. Vide quæso quo cæcitatis humanum ingenium prolabatur? cum vera DEI cognitio, verusq; cultus numinis negligitur. Eius ergo Priapi effiem Romæ positam nos in apposito Schemate tibi exhibemus, vt quem fœcunditatis prolisque generandæ DEVM veteres nimia impietate coluerint.


K

ANTIQVA SACRIFICIALIA INSTRVMENTA, ET VASA, EX ORdine in figuris apposito.

I. PRÆFERICVLVM.

PRÆFERICVLVM: à præfero dictum, vas fuit æneum sine ansa, vt Festùs ait, patens veluti peluis, quo ad sacrificia vtebantur. Hactenus Festus. Verum vt mihi liceat secundum hodiernam consuetudinem existimare, hoc puto vas ad id fere fuisse, quod ætate nostra thuribulum esse videmus: nam & in eo ignem tulisse veteres crediderim, ideoque præibat, seu præferebatur, nam ignis cæteris elementis præstantiorem sedem retinet, ac cunctis præire videtur; in eoque diis adoleri thura solitos, vti nunc thuribulis summo veroque Deo adoletur, ac pari modo præfertur, dum proceditur.

II. SIMPVLVM.

SIMPVLVM, seu Simpuuium, vtroque enim modo scriptum inuenimus, fuit calix fictilis, quo vinum in sacrificiis libabatur, ita dictum à sumendo, quod eo vinum minutatim sumebant. de quo Plin lib.35.cap.12. sic scribit: In sacris quidem etiam inter has opes, non murrhinis crystallinisve, sed fictilibus prolibatur Simpuuiis. Apuleius autem catinum & Simpulum sacrificiis adhiberi solita ostendit his verbis: Paupertas Populo Romano imperium à primordio fundauit; proque eo in hodiernum diis immortalibus Simpulo & catino fictili sacrificat. Festus vero sic habet: Simpulum vas paruum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur. Vnde & mulieres rebus diuinis deditæ, simpulatrices dicuntur. Varro scribit vas esse minutatim fundens, in cuius locum successerit epichysis, id est, infundibulum. Vnde veteres res minutas nulliusque pretij simpularias appellabant. Atque de Simpuuio meminit Iuuenal. Sat.6.

aut quis
Simpuuium ridere Numæ, nigrumque (alij, priscumque) *catinum.*

Sunt

Sunt etiam qui velint ſimpullum gemino L, ſcribendum, ea forma qua ampullam dicimus. In ſimpulo aliquid facere prouerbij ſpeciem habet, Cic. de leg. excitabat enim in ſimpulo, vt dicitur Gratidius quos, &c.

III. CANDELABRVM.

CANDELABRVM notæ eſt ſignificationis: eſt enim in quo candelæ figuntur. Cic. in Verr. act. 6. lectos æratos, & candelabra ænea. Verr. Candelabra à candela dicuntur, in his enim funiculi a rdentes figebantur, &c. Saluator & Dominus noſter candelabri pariter meminit Matth. cap. 5. ſic dicens: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Variæ etiam fuerunt candelabri formæ, vt ex antiquis marmoribus patet: nam & in arcu Titi Imperatoris prope templũ pacis inſculptum eſt ἑπτάλυχνον hoc eſt, ſeptem luminarium quod aureum Salomon Rex Iudę in templo ſummi Dei conſtituit, vt eſt in Exodi cap. 37. fecit candelabrum de auro puriſſimo, &c. quodque ipſe Titus Imperator debellatis Hieroſolymis, quæ à ditione Pop. Rom. defecerant, inter pretioſiora quæ in Salomonis templo inuenit, candelabrum & arcam fœderis quæ in eius arcu ſunt inſculpta, Romam triumphans inuexit, aliæ candelabri formæ in poſteriori parte porticus Antonini & Fauſtinę, & alibi multis in locis viſuntur.

IIII. MALLEVS.

MALLEVS ſeu ligneus, ſiue ferreus fuerit, inſtrumentum fuit ad boues ante aras Deorum olim percutiendos: ſicuti & hodie ligneo ad eundem effectum lanij vtuntur, nempe ad boues ſimiliter ſternendos, hic vna cum ſecuri à ſacrificulo ſeu ab vno ex victimariis geſtabatur: atque coronatis victimarum capitibus (teſte Plin. libro 16. cap. 4. in his verbis: Poſtea Deorum honori ſacrificantes ſumpſere, victimis ſimul coronatis) malleo primum ante aram percutiebant: deinde ſecuri ceruix abſcindebatur: tum ad euiſcerationem, & exta rimanda, captandaq; auſpicia, procedebant. Sed hactenus de malleo.

IIII. SECVRIS.

SECVRIS autem à ſecando dicta videtur: hoc inſtrumento olim ad varios effectus vſi ſunt veteres; nam & ad ligna ſecanda, & etiam ad bellum; Virg. lib. 11.

— *æratam quatiens Tarpeia ſecurim.*

Vſi ſunt pariter ad ſontes puniendos, quique à magiſtratibus capite plectendi erant, ſecuri percutiebantur. Cic. 3. Verr. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit, partim in vinculis necauit. Et Virg. 6. AEneid.

Conſulis imperium hic primus ſæuasque ſecures
Accipiet.

Et Lucan. lib. 7.

Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures.

Huius inſtrumenti inuentrix fuit Pentheſilea Amazon, teſte Plin. lib. 7. cap. 56. Vnde & Amazones, ſecurigeræ à Poëtis dictæ ſunt. Secures item Magiſtratuum inſignia erant, virgarum faſciculo loro illigatæ. Cic. 6. Verr. Quamobrem faſces Prætoribus præferuntur, cur ſecures datę? Secures demum, vt in noſtram ſententiam veniamus, licet grandiores, erant ad victimarum carnes ſecandas diuidendaſque prout libebat ſacrificolis, victimariis, & id genus hominibus, qui ſacrificiis antiquorũ præerant. Hodie Lanii in Vrbe magno latoque cultro ad carnes diuidendas vtuntur, quem ſpatagium vocant.

V. SECESPITA.

SECESPITA interprete Feſto, culter eſt ferreus oblongus manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum argento, auroque fixo, clauis æneis, ære cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines, Pontificeſque ad ſacrificia vtebantur, à ſecando ſic dicta; eadem alias dicitur, qua in ſacrario vtuntur: ſacraria namque in templis reticulo æneo olim ſepiebantur, in quo turbæ relictæ ſunt, per quas manibus ſacra tangere licet; eſt hoc in templo Bonæ deæ, ſed & aliis in locis, & ſunt velut

repagula

repagula quædam, ita Secespitæ dicuntur duobus modis. Sueton. in Tyber. nam & inter Pontifices sacrificanti simul, pro Secespita, plumbeum cultrum subiiciendum curauit. Idem alibi: Secespitam alii securim, alii dolabram æneam, alii cultellum putant.

VI. PATERA.

PATERA fuit poculi genus latum ac patens, de quo Virg. I. AEneid.

— impiger hausit.
Spumantem pateram, &c.

Cic. 6. Varr. ait: Patera, qua mulieres ad res diuinas vterentur. Macrobius vero Saturnal. lib. 5. cap. 21. de poculorum generibus loquens, cum de carchesiis loquutus fuisset, sic infert de Patera: Sed Plautus insuetum nomen reliquit, aitque in fabula Amphytrione pateram datam, cum longe vtriusq; poculi figura diuersa sit. Patera enim, vt & ipsum nomen indicio est, planum ac patens est, carchesium vero procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. & prosequitur: Asclepiades autem vir inter Græcos apprime doctus, ac diligens; carchesia à nauali re existimat dicta. Ait enim: naualis veli partem inferiorem, Pateram vocari: at circa mediam ferme partem τραχηλὸν dici, summã vero partem carchesium nominari; & inde diffundi in vtrunque veli latus, eaque cornua vocantur, &c. Virgil. autem ostendens, pateris libare Ioui solitum, sic infert:

Tum pateras libate Ioui, &c.

Sed hactenus de patera.

VII. DISCVS.


DISCVS, teste Iulio Polluce, vas latum est ad portandas carnes aptum, forte lanx, Cic. de Orat: Quorum auditores discum audire malunt, quam philosophum. hoc in sacris vtebantur veteres, seu ad exta introspicienda, siue ad colligendum sanguinem, quem vna cum vino aris infundebant, postquam diis delibassent.

DE FORO ROMANO, COMITIO ET CARCERE TVLLIANO.

ROmanum forum, quod & Latium appellauit Statius, à radicibus Capitolii producebatur, ſecundum longitudinem, vſque ad eccleſiam S. Mariæ Nouæ, vt teſtatur Dionyſ. memorans Valerium in colle imminenti foro domum habuiſſe, cumque ſupra demonſtratum ſit domum hanc in Velia fuiſſe, è regione eiuſdem Eccleſiæ, fuit neceſſe forum eouſque perueniſſe, quo ei immineret; ab origine autem Vrbis anguſtiores fines habuiſſe opinamur. Nam cum Plinius narret, Curtium ab arce decurriſſe, egiſſeque Romanos effuſos, toto, quantum forum eſt ſpacium, vſque ad portam Palatii, viſumque ſit Romulum Iouis Statoris Templum, in radice Palatini montis, vbi exercitum firmauerat, poſuiſſe, ſatis coniicimus, forum ipſum non vltra primos radices eiuſdem montis terminos habuiſſe. Multis vero poſt annis ampliauit Auguſtus teſte Suetonio. *Comitium* vero erat foro iunctum, vel potius ipſius fori pars à prædicta porta ad eandem Diuæ Mariæ eccleſiam. At priuſquam de eo agamus, quæ in foro erant videndum eſt.


CARCER TVLLIANVS


In radice Capitolii, qua parte mons ipſe ortum brumalem ſpectat, Carcerem ædificaſſe Ancum Martium ſic docet Liuius: Fecit carcerem media Vrbe, imminentem foro, ad terrorem creſcentis audaciæ. Partem deinde addidit Tullius, cui Tulliano nomen impoſuit, de quo Calp. Flaccus ita ſcribit: Video Carcerem publicum, ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus, & oblongis lucis vmbram recipientibus. in hunc abiecti rei robur Tullianum aſpiciunt, & quoties iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur, & alienum ſupplicium ſpectando ſuum diſcunt: ſonant verbera intus, recuſantibus ſpurca manus carnificis ingeritur, ſed & ianitor inexorabilis pectore, qui flẽte matre ſiccos tenet oculos, illuuies corpus exaſperat, manus cathenæ premunt. Deſcribitur perbelle etiam à Saluſtio hoc modo: Eſt locus in Carcere quod Tullianum appellatur. vbi paulo deſcenderis, depreſſus ad læuam circiter XX. pedes, eum muniunt vndique parietes, atque inſuper Camera lapideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris & odore fœdo, atque terribilis eius facies. Vnde autem dicatur, hæc declarant Var. verba: Carcer à coercendo, quod exire prohibentur; in hoc pars, quæ ſub terra Tullianum, ideo quod additum à Tullio rege, quod Syracuſis, vbi hac de cauſa cuſtodiuntur, vocantur Lathomię. Lathomię enim eſt græcum, & maxime à Syracuſanis, qui Lathomias & appellant & habent, ad inſtar Carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides, ad extruendam Vrbem, auth. Sex. Pop. Cice. ſeptima actione in Verrem; Lathomias, inquit, Syracuſanas omnes audiſtis, plerique noſtis, opus eſt ingens, magnificum, Regum & Tyrannorum, totum eſt è Saxo in mirandam altitudinem depreſſum & multorum operis penitus exciſum, nihil tam clauſum ad exitus, nihil tam ſeptum vndique, nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri nec cogitari poteſt. Sen. Sabinum in Lathomias fuiſſe damnatum tradit: Liuius vero principes AEtolorum tres & quadraginta; inter quos Democritus & frater eius erant, Romam à Marco Attilio deductos, in Lathomiasque coniectos. Erat autem Tullianum ſicut hodie videmus duplex ſuperior & inferior Camera: Superiori extat adhuc foramen ſpiraculi cauſa additum, vt retulit Flaccus. Locus nunc Diuo Petro, cognomento eſt dicatus.


L · 2

DE MARFORII SIMVLACRO, SIVE PANARIO IOVE, SIVE RHENI FLVMINIS SIMVLACRO.

ANte Tullianum, in foro Romano iacet marmoreum ingens simulacrum MARFORIVM vocitatum, quem Pistorum Deum siue *Panarium Iouem*, quod tumores instar panum, circumquaque promineāt, multi esse affirmant. Nam, vt author est Lactantius, eo tempore quo Romani obsessi in Capitolio erant, Iupiter per quietem admonuit, vt ex omni frumento, quod haberent panem facerent, in hostiumque castra jactarent: eoque facto, soluta est obsidio, desperantibus Gallis inopia subigi posse Romanos, quare Ioui Pistori non solum aram, verùm etiam statuam in perpetuam rei memoriam posuerunt. At cum in scopulo simulacrum hoc sit collocatum, RHENI Germiniæ fluminis esse tenemus; quod autem sit *Nar* fluuius, vt vult Fuluius, non placet; nulla enim apparet ratio, cur Nar veniret à Romanis excitandus. Marforium cur vocitēt, nihil est certi quod dicatur, nisi velimus ex eo, quod in Augusti foro esset, vt quorundam est opinio, vbi & Martis Templum.



I GF
L.3





ANTIQVAE VRBIS ROMAE IMAGO.

TEr maxima illa longeq; florentissima vrbs Roma, quã paulo prius ob oculos positã spectandãq; tibi ô amice Lector exhibuimus, ea haud aliâ formâ aliaue specie sub Nerone Imp. conspiciebatur, tum cũ ab ipso illo humanæ naturæ monstro ex parte incensa in cineres consideret, adhæc intestinis bellis atq; exterorum incursionibus postea magis magisque conquassata collaberetur; mœnibus circumquaque dirutis, arcibus, propugnaculis, turribusq; demolitis, & magna eius parte quę intra pomœria esset, desolatã; ædificijs tamen magnificentioribus interioribusq; sartis tectis subsistentibus. Rebus itaque demum compositis, vrbs ipsa restaurari munirique cœpta, sed forma non ita accuratâ, vt ante, quin nec ordinato aliquo concinniore ue schemate, sed temere nunc hac nunc illac angulis excurrentibus, reflectentibusq;, prout impensę & operæ tum ferebant, qualem in sequenti efformatione expressam conspicere erit: in qua magnam campi partem, & magnifica ædificia complura extra Vrbis mœnia neglecta desolataque vides, ambitu Vrbis nimirum iam multo cõtractiore, mœnibusque vt dictum fuit, arctioribus, quemadmodum in ipsa delineatione effigiata ea LECTORI in conspectum adducemus.



1 Theatridium.
2 Thermæ Seuerianæ.
3 Fauonia.
4 Hercules Cubans.
5 Domus Domitij nigri.
6 Vicus lacus restituti.
7 Æmilia.
8 Ianus Septimianus.
9 Vicus Salutaris.
10 Vicus statuæ Valerianæ.
11 Aqua Sabatina.
12 Castra Lecticariorum.
13 Vicus P. aciliani maioris.
14 Insula Nemesiani.
17 Campus Bruttanus.
18 Vicus Censori.
19 Naualium.
20 Arcus L. Veri.
21 Arcus Traiani.
22 Arcus Drusi Neronis.
23 Templum Apollinis.
24 Templum Iunonis Reginę.
25 Ther. Traiani.
26 Templum Bonæ Deæ.
27 Templum Lunæ.
28 Templum Dianæ.
29 Castrum Annionis veter.
30 Fons Lollianus.
33 Arcus Marci V.
34 Arcus nouus.
35 Horologium.
36 Templum Iouis Feretrij.
37 Templũ Iouis Capitolini.
38 Arcus Seueri Boarij.
39 Arcus Iani Quadrifrontis.
40 A Circus Flaminius.
41 Th. lapideum.
42 Th. Balbi.
43 Ther. M. Agrippæ.
44 Arcus Arcadij & Honorij.
45 Sep. C. Cestij.
46 Templum Isidis.
49 Insula Deciorum.
50 Vicus Salustianus.
51 Domus Gordiani.
52 Dieta Alexandri Aug.
53 Sep. Aufidianorum.
54 Cohortes vigilum.
55 Castrum Aquarum.
56 Domus Mecenatis.
57 Domus Titurij.
58 Domus Sereni.
59 Ambul. horti Salustij.
60 Temp. Æsculapij.
61 Septa Centuriata.
65 Faustussula felix.
66 Sep. Saueliani.
67 Equiria.
68 Basilica Alex. Seueri.
69 Basilica Marciani.
70 Ther. Alexandrinæ.
71 Asilium.
72 Porta Carmenta.
73 Templ. pietatis.
74 Minutia vetus.
75 Templ. Diui Antonini.
76 Templ. Spei.
77 Armamentarium.
78 Pons Triumphalis.



aria.
lini.
tij.
oni,
rum,
ici.
itiani,
di.
rtius.
Augusti,

97 T.Fortunæ.
98 Insula Metidij.
99 Circus Salustij.
100 Antroni.
101 Horti Salustij.
102 Temp.Fidei.
103 Temp.Mineruæ Flauianæ.
104 Tarquinij Montani.
105 Temp.Floræ.
106 Circus Floræ.
107 Vstrinum.
108 Col.Antonini.
109 Circus Agonalis.
110 Temp.Pompeij.
111 Arcus Cordiani.

113 Temp.Solis.
114 Temp.Quirini.
115 Thermæ Diocletiani.
116 Aqua Martia.
117 Castrum Prætorium.
118 Viuarium.
119 Aggeres Tarquinij.
120 Templum Serapis.
121 Thermæ Constantini.
122 Templ.Æsculapij.
123 Theatrum Marcelli.
124 Aqua Iulia.
125 Sacellum Deæ Neniæ.
126 Temp.Iouis.
127 Ædes malæ Fortunæ

129 Templ.Pacis.
130 Arcus Titi.
131 Arcus Septimij.
132 Ædes Veneris placidæ.
133 Th.Olympiadis.
134 Horti Mecenatis.
135 Arc.Constantini.
136 Forum Boarium.
137 Templ.Iunonis Lucinæ.
138 Ludus Dacicus.
139 Meta Sudans.
140 Atrium Augusti.
141 Arcus Galieni.
142 Ter.Traianæ.
143 Ter.Titianæ

145 Septizonium Seueri.
146 Ter.Philippi.
147 Ludus Magnus.
148 Ludus Gallicus.
149 T.Mineruæ Medice.
150 Ludus marutinus.
151 T.Diui Claudij.
152 Atrium libertatis.
153 Tem.Spei vetus.
154 Domus Laterani.
155 Arcus Celimontanus.
156 Castra peregrina.
157 Horti Palantiani.
158 Ter.Commodi.

161 Amph.Castrens.
162 Circus Castrens.
163 Villa Peduceorum.
164 Sep.Acilan.
165 Ædes Lauerniani.
166 Sep.Deciorum.
167 Ædes Mineruæ.
168 Ter.Seuerianæ.

Theodor.de Bry.



ANCLAPRIS teste Festo, fuit mensa ministeriis diuinis apta, qui ait, Vasa quoque ænea quibus sacerdotes vtuntur Anclabria appellari; subdens Anclare [seu vt alii malunt Antlare] à Græco ἀντλεῖν descendit, (quod haurire significat) Liuius: Florem anclabant liberi ex carchesiis. Hactenus Fest. Sunt autem, vt supra tetigimus, qui putent Antlabra ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν, hoc est ab hauriendo, dici. nam ex vasis quæ in ipsa Anclabri imponebant, vinum inde hauriebant: hac etiam (vt opino) mensa veteres diis dapes delibandas parare solitos fuisse crediderim, quæ ideo mensa dicta est teste M. Varrone, quasi sit mēsa, eo quod inter duos poneretur, de qua Virg. lib. 1. Aeneid. sic habet:

Pars epulis onerant mensas, &c.

Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera, Citrea, & Acerna, sic dicta à genere lignorum, de quibus fiebant. Martial. libro 14. Epigram. 5. Ouid. 11. Metamor.

Hunc pede conuulso mensæ Pellæus acernæ
Strauit humi.

Cic. 6. Verr. mensam citream à Lutadio abstulisti. Horat. 1. Serm. Sat. 3.

Modo sit mensa tripes, &c.

Quandoque ponitur pro prandio, vel cœna, Iuuenal. Sat. 1.

— *vna comedunt patrimonia mensa.*

Vnde & primę & secundæ mensę, id est primi & secundi cibi, vulgus Introitum, & exitum mensę appellat, seu primos, vel secundos intermissus. Ouid. de Nuce: Poma cadunt mensis non interdicta secundis. intelligens de lege Licinia, quæ à P. Licinio Crasso diuite lata est, cuius summa erat, vt Calendis, Nonis, Nundinis liceret cuique in dies singulos duntaxat tringenta asses edendi causa consumere, cæteris vero diebus ne amplius apponeretur, quam carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum libra, & quod ex terra, vite, arboreve natum esset: atque hinc habetur huius versus Ouidiani sensus. Erat pariter & lex Orchia, ab Orchio Tribuno plebis de Senatus sententia lata, qua conuiuarum numerus præscribebatur: iubebatque vt patentibus ianuis cœnitaretur, quo obseruatio eius videri posset. Cic. ad Atti. lib. 14. secundam mensam dixit numero singulari: Hæc (inquit)

ad te

ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. Accipitur etiam menſa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos; vnde & ipſi numularii à Cicerone Menſarii vocantur, quos Græci τραπεζίτας vocāt (vulgus noſtri temporis bancheriolos, ſeu bācherottos, ab ipſis pariter menſis, quas banchas ſeu banchos appellant) Cic. in Piſ. ſtipendium militibus, menſis palam propoſitis, numeratum. Poniturquandoq; pro diſco, ſiue quadra, qua vtimur in menſa ad epulas in fruſtula concidendas. Virg. 7. AEneid.

Acciſis coget dapibus conſumere menſas.

Antiqui menſam vaſorum quadratam habuerunt. vocaueruntq; Vrnarium: de quo vide Varr. Fuit & menſa vinaria rotūda nomine Cylibantum ἀπὸ τῆς κύλικος, ſic enim Græci calicem vocant. Altera erat quadrata, vna columella ſubnixa, cartibulum vocatur. Auctor idem Varr. de ling. lat. Sed vt de menſa ad ſacrificia peragenda nonnulla aſtruamus, de ea ſic Feſtus ait: Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent, quia legibus earum omnium ſacræ quoq; menſæ ſunt, vt velut in aram, vel in puluinaris loco ſint. Priuati quoq; in primis ipſis locis habere ſolent, vbi ſacras habituri ſint, cuius modo eſt parentatio non ſacrificium. Hactenus Feſtus de ſacra menſa: ſed ſi quis plura de hac re ſcire velit, legat Scaligeri Annotationes, ſeu caſtigationes in Feſtum eod. verbo.

IX. DOLABRVM.

DOLABRVM, vt ex forma patet: (nam nullibi hoc me alias legiſſe fateor) fuit culter grandior, ſutorio perquam ſimilis, quo olim reor in ſacrificiis veteres vti fuiſſe ſolitos, ad hoſtias & victimas deglubendas, poſtquam malleo hæ percuſſæ, & iugulatę eſſent, à quo forte nomen ſumpſerit, ſeu potius à dolando, hoc eſt ab æquandis partibus carnium, quæ aris imponebantur diis immolandarum, ſumpta metaphora à dolabra, quę Fabri lignarii eſt inſtrumentum, quo ligna dolantur, ſeu expoliuntur, quanquam & ruſticum itidem ſit inſtrumentum, cuius Columella lib. 3. meminit his verbis: Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Eſt & eius diminutiuum dolabella, de qua idem auctor lib. 5. ſic infert: Circa crus dolabella dimouenda eſt terra, &c. Plutarchus vero in vita Tiberii & Caii Gracchorum, de dolone, quod genus eſt gladii, ſic meminit: ille ve-

ad te ſcripſi appoſita ſecunda menſa. Accipitur etiam menſa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos; vnde & ipſi numularii à Cicerone, Menſarii vocantur, quos Græci τραπεζίτας vocãt (vulgus noſtri temporis bancheriolos, ſeu bãcherottos, ab ipſis pariter menſis, quas banchas ſeu banchos appellant) Cic. in Piſ. ſtipendium militibus, menſis palam propoſitis, numeratum. Ponitur quandoq; pro diſco, ſiue quadra, qua vtimur in menſa ad epulas in fruſtula concidendas. Virg. 7. AEneid.

Acciſis coget dapibus conſumere menſas.

Antiqui menſam vaſorum quadratam habuerunt. vocaueruntq; Vrnarium: de quo vide Varr. Fuit & menſa vinaria rotũda nomine Cylibantum ἀπὸ τῆς κύλικος, ſic enim Græci calicem vocant. Altera erat quadrata, vna columella ſubnixa, cartibulum vocatur. Auctor idem Varr. de ling. lat. Sed vt de menſa ad ſacrificia peragenda nonnulla aſtruamus, de ea ſic Feſtus ait: Menſæ in ædibus ſacris ararum vicem obtinent, quia legibus earum omnium ſacræ quoq; menſæ ſunt, vt velut in aram, vel in puluinaris loco ſint. Priuati quoq; in primis ipſis locis habere ſolent, vbi ſacras habituri ſint, cuius modo eſt parentatio non ſacrificium. Hactenus Feſtus de ſacra menſa: ſed ſi quis plura de hac re ſcire velit, legat Scaligeri Annotationes, ſeu caſtigationes in Feſtum eod. verbo.

IX. DOLABRVM.

DOLABRVM, vt ex forma patet: (nam nullibi hoc me alias legiſſe fateor) fuit culter grandior, ſutorio perquam ſimilis, quo olim reor in ſacrificiis veteres vti fuiſſe ſolitos, ad hoſtias & victimas deglubendas, poſtquam malleo hæ percuſſæ, & iugulatę eſſent, à quo forte nomen ſumpſerit, ſeu potius à dolando, hoc eſt ab æquandis partibus carnium, quæ aris imponebantur diis immolandarum, ſumpta metaphora à dolabra, quę Fabri lignarii eſt inſtrumentum, quo ligna dolantur, ſeu expoliuntur, quanquam & ruſticum itidem ſit inſtrumentum, cuius Columella lib. 3. meminit his verbis: Quæ falce amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. Eſt & eius diminutiuum dolabella, de qua idem auctor lib. 5. ſic infert: Circa crus dolabella dimouenda eſt terra, &c. Plutarchus vero in vita Tiberii & Caii Gracchorum, de dolone, quod genus eſt gladii, ſic meminit: ille ve-

III	II	I
CANDELABRVM	SIMPVLVM	PRÆFERICVLVM
VI	V	IIII
PATERA	SECESPITA	MALLEVS, SECVRIS
IX	VIII	VII
DOLABRVM	ANCLAPRIS	DISCVS
XII	XI	X
VLLA	ACERRA	VAGINA

L



NOVISSIMAE VRBIS ROMAE PERFECTA IMAGO.



Xhibuimus hactenus quatuor Vrbis Romę Typographias, quarum prima quatuor portarum, ſecunda octo, tertia ſedecim, quarta triginta quatuor idque priſcis temporibus diuerſisque conditoribus reſtauratoribusque extitit; addidimus & quintam eius imaginem, qualis nimirum antiqua illa Roma poſt tot ruinas & excidia erat, maiorum noſtrorum ſeculo. Nunc vero SEXTAM hanc nouam & perfectam imaginem Vrbis ſubiicimus, quæ eam eius faciem repræſentat quam hac ætate referre conſpicitur, Cuius ambitus tredecim millia paſſuum non excedit. Turres ipſorum murorum tercentum & ſexaginta numerantur, quarum multæ ſunt collapſæ, multæ ita vetuſtate corroſæ vt indies ruinam minentur. Quæ porro notanda veniunt, ea in Topographia Lectori abunde declarata ſunt, qui & ſtudium & curam noſtram boni conſulet tum hic tum per opus vniuerſum.

Caſtellum

Aº. CHRI. CCCCXII. KL. APR. ALARICVS GOTTHORVM. REX. ROMAM. OCCVPAT. ET MAXIMAM. EIVS. PARTEM. INCENDIO. DEVASTATAM DESTRVIT.



Aº CHRI CIƆ. IƆ. XXVII. PRID. KL MAY. ROMA A DVCE BORBONIO CAPTA PAPA CVM CARDINALIBVS. SVIS IN EXTREMAS ANGVSTIAS REDACTVS FVIT.

M

DE MOLE HADRIANI ET PRATIS QVINTIIS.




Elius Hadrianus Imp. iuxta Ælium sui cognominis pontem, Molem siue Sepulcrum è regione Mausolei Augusti, excitauit, vt index in ipsa incisus ostendit huiusmodi: L. HÆLIO CÆS. DIVI HADRIANI AVG. F. CONS. II. F.

Spartianus: Fecit & sui Nominis sepulcrum iuxta Tyberim, in hoc autem ipse primus sepultus dicitur, & post omnium Antoninorum cineres conditos esse, inscriptiones & epitaphia ibidem in marmore incisa ostendunt, ex quibus satis erit hæc quæ sequuntur notauisse: IMP. CÆS. DIVI TRAIANI PARTHICI FILIO, DIVI NERVÆ ADNEPOS TRAIANO AVG. PON. MAX. TRIB. POT. XXII. IMP. II. COS. III. P. P. ET DIVÆ SABINÆ IMP. CÆS. T. ÆLIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS PONT. MAX. TRIB. POT. II. DESIGNATVS IIII. COS. II. P. P. PARENTIBVS SVIS. item. IMP. CÆSARI L. AVRELIO VERO AVG. ARMENI AC MED. PARTHIC. PONTIF. TRIBVNIC. POT. VIIII. IMP. V. COS. II. P. P.

Lampridius autem refert, Commodum iussu Pertinacis, in monumentum Hadriani translatum. Iulius vero Capitolinus Seueri cadauer illatum in Hadriani sepulcrum, in quo & Cæsar pater eius naturalis sepultus fuerat. Idem docet Antoninum Pium Hadriani patris sepulchrum instaurasse, eique Templum dedicasse. Hanc equidem molem hodie Pontifices pro præsidio habent. Est enim ampla, rotunda, solida & inexpugnabilis; olim extrinsecus marmore incrustata. Dicta est etiã arx Crescentii, à Crescentio quodam factioso duce ex oppido Nomento, qui illam in potestatem suam cum redegisset, diu tenuit; donec Theutonicorum fidei, qui illam oppugnabant se committens, ab illis est trucidatus. Describitur à Procopio hoc modo: Hadriani quondam Imp. sepulcrum extra Portam Aureliam, siue vt nobis placet, Æliam iactu lapidis impositum. Primus eius ambitus quadrati figuram habet, constat enim totus ex marmore pario, summa artificum diligentia ædificatus; in medio vero huius quadrati rotunda moles assurgit, excelsa altitudine, & tanta, vt in suprema eius parte area sit, cuius diameter vix iactu lapidis transigitur. Quam molem Bellisarius occupans pro arce & præsidio contra Gothos vsus est. Erant olim in summa parte, vndique magnæ statuæ hominum, equorum, quadrigarum, miro artificio elaboratæ: has partim integras milites demoliti, partim confractas in hostes deiecerunt, visuntur adhuc in hoc monumento boum capita & quædam alia insculpta. Prata autem Quintia à Q. Cecinnato denominata in campo Vaticano fuisse, Plinius sic commemorat: Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Viator attulit Dictaturam. Locus enim nunc in pratis vulgo dicitur. Theatrum in pratis Vaticanis inter pontem Miluium & molam Hadriani ponit: Fuluius, authore Procopio, ad ludos gladiatorios ædificatum; à quo autem, non meminit. Extant, inquit, hodie (vt credunt) vestigia quædam in vinea Io. Alberini patricii Rom. At Circum, non Theatrum eum fuisse crediderim, vt forma adhuc præ se fert, nisi perperam interpres locum verterit: nam in Theatris ludi scenici fiebant; in Circis vero equorum cursus agebantur.


Vidnam fuerit statua illa marmorea, quæ iam pridem vulgo Pasquinus dicitur, dubitarunt nonnulli: plures autem in hoc conueniunt, gladiatoris esse simulacrum, nisi volueris Martis aut militis cuiuspiam, eo enim gestu corporis manet, quasi ferire volentis, ac subter se marmoreum alium mutilatum truncum seu fragmentum habet alterius simulacri, vt hostem esse pro comperto habuerimus, quo cum is dimicaret. Ferunt nonnulli hoc esse simulacrum vnius ex duobus præcipuis Alexandri Macedonum regis, qui etiam Pasquinus nomine vocatus sit, quod innuit author quidam, qui vetusta Vrbis marmora & ænea simulacra typis excusit. Quandiu autem abhinc ibi steterit signum id, non satis liquet, sed vt coniectura credere facile est, ab eo, quo ædes illæ, penes quas extat, erectæ sunt tempore, ducentis nempe abhinc annis vel circiter. Ædes vero à Francisco de vrsinis, Vrbis Præfecto, vt in ostii superstilio legitur, erectæ sunt. Duo tantem impræsentiarum dicenda succurrunt, de huiusmodi termino: Primum quod famosi libelli, seu Pasquilli vt vulgo dicunt, qui ab imprudentibus ac minime piis hominibus olim confici consueuere, sub hac statua appensos esse ferunt, eo quod in media fere Vrbe sit, vt facilius à trãnseuntibus prolegerentur. Alterum, quod mirum quidem est, quod tot tantisque elapsis annis hęc ibi perstiterit statua, in publicum ac priuatorum præiudicium, nec fuerit vnquam, qui pietatis ac religionis Christianæ zelo ausus fuerit inde eam auertere, vnde amplius affigendi eiusmodi libellos seu pasquillos adimeretur occasio. Ferunt enim, cum quidam Princeps primarius eam in Tyberim eiiciendam esse statuisset, statim ab vno ex eius familiaribus vrbane responsum, caueret inde eam tolli imperaret, fore enim vt grauius sub aqua, quam super terram in Principes inueheretur, sicque inibi, vt cernitur, ab eo vsque tempore perstitisse.


M . 3


DE STATVA LAOCOONTIS, THERMIS TITI ET PHILIPPI, PALATIO VESPAsiani, Domo Balbini & Pompeij.



Hermarum autem Titi Imp. veſtigia non longe ab Eccleſia S. Martini in montibus viſuntur, ſunt enim Ciſternæ, quæ hodie Capaces dicuntur, vulgo ſeptem, Salę, numero Ciſternarum ſeptem adhuc exiſtentium. Magnum ambitum amplectebantur, quarum fornices quidam ſtatuunt in Hortis D. Petri in Vinculis. Has autem Titum maxima celeritate abſoluiſſe dictum eſt. Hâc quidem domus Aurea Neronis prius deducta erat, vt teſtatur Mar. his carminibus:

Hic vbi miramur velocia murmura Thermas,
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

In his Thermis duo marmoris fruſta inuenta ſunt, in quorum altero erat flamma ſculpta cum hoc titulo, IOVI. in altero vero, VESPASIANVS AVG. PER COLLEGIVM PONTIFICVM FECIT. Hinc haud procul Anno M.D.VI. Felix Ciuis Romanus in vinea ſua Laocoontis ſtatuam reperit, ea ſpecie, qualis à Poeta deſcribitur, de qua Plinius ſic meminit: Laocoon in Titi Imperatoris domo, opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendum, ex vno lapide eum & liberos, draconumque nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices Ageſander & Polydorus & Anthenodorus Rhodii. Nunc autē viſitur in Vaticano. Palatium Veſpaſiani & Titi apud eaſdem thermas; poſt quas inter Ortum & Boream in ſupercilio montis apparent ingentes ruinæ Thermarum, vt volunt, Philippi Imp. Quidam putant ſupra Thermas Titianas, iuxta prędictam Eccleſiam S. Martini fuiſſe Thermas Hadriani, argumento quod ibi repertæ ſunt duæ ſtatuę Antinoi pueri Hadriano Imp. dilectiſſimi; & quod locus hodie Hadrianelus nuncupetur. Domus Balbini, inquit Lampridius, etiam nunc Romæ oſtenditur in Carinis, magna & potens, & ab eius familia huc vſque poſſeſſa. In iisdem Pompeium Domum habuiſſe Anth. Tran. in Tib. & in libro de Grammaticis, vbi Lenæus Pompeii Libertus Grammaticam docuit, autor eſt.



LAOCHOON


M. 4

THERMARVM VSVS APVD ROMANOS.

IN præſenti Schemate, amice Lector, magnificentiam Thermarum, quæ veteribus illis Romanorum potentiſſimis in vſu fuit, vna cum aliis rebus ad eas neceſſariis, inſtrumentis valde mirificis, ob oculos tibi ponimus: & extant quidem veſtigia Thermarum eiuſmodi in hodiernum adhuc diem Romæ ſatis luculenta: Vbi maxime hoc notandum videtur, veteres illos Romanos adeo inter ſe ſibi diffiſos fuiſſe, vt nec viros nec fæminas adultiores ad miniſtrandum ſibi in Thermas admitterent, quorum opera vel in radenda cute, vel in abluendo corpore vterentur. Sed pueros ſolummodo impuberes ingenuiores, decem duodecimue annorum, ſibi adhibebant, qui peculiaribus inſtrumentis cutem eorum raderent, inungerent, abluerent, ſpongiiſque in id paratis abſtergerent. Quodque multo maioris diffidentiæ exemplum erat, veteres cum barbam radere vellent, ne pueros quidem ſibi adeſſe volebant; puellas enim duntaxat tenellas ſimplicesq; & ad eiuſmodi miniſteria accurate educatas adhibebãt. Quod ſane maximæ prouidentiæ exemplum fuit, ne ſcilicet incautis quid ſiniſtri eueniret, neue perfide adorti miſere trucidarentur; quæ cautio ſi noſtri huius ſeculi magnatibus eſſet, minus crebra crudeliave exempla inter eos nefarie ſæpe laniatos videre eſſet, quæ qui ignorare poſſit velitve, vix vſpiam eſſe putauerim.

DE THER-




LABRVM
Iacobus grantlome fecas
STRIGILES
BALNEVM

DE THERMIS IN GENERE.




Hermæ latinum est verbum quod neque latinum nomen, neq; significationem vnica dictione recipere potest. θερμὸν calidum tantum significat, nos vero loca, quę calentibus aquis, aut sine ipsis solo fornice calefacto lauandi & sudandi vsibus deputata sunt, eodem nomine quo gręci, thermas appellamus. Prisci namq; Romanis lauãdi vsum fuisse prope quotidianum satis constat, quo vel puluerem sordesq; abluerent, vel sudorem prouocarent, crudamque adiuuarent digestionem, quod tetigit Iuuenalis cum inquit:

Et crudum pauonem in balnea portat.

Sæpe tamen voluptatis tantum causa id factitarunt, propterea vel mediocriter diuites priuata balnea, siue lauacra habuisse, illud argumẽto est, quod Cicero Terentiam vxorem monet, vt curet labrum in balneo ne desit; certioremque facit Q. Fratrem Asiæ Procos. de balneis quas in Arpinati extrui curabat. Multa deinde balnea paulatim extructa in quibus ad libitum plebs lauaret. Primus autem omnium Sergius Orata pensilia facere instituit, sicuti Valerius Maximus commemorat. Re postea ad principum luxuriam & fastum producta, cœpere lauacra in modum, vt ait Ammiarum, Prouinciarũ extruere, quas Thermas appellamus, in quibus ædificandis nullũ neq; modũ neq; mensurã seruasse, ex illarum, quę nunc extant vestigiis, facile vnusquisque potest iudicare. Varia enim, & propemodum infinita habebant loca, variis vsibus & voluptatibus deputata, quędam ad calefaciendas aquas forma circulari, ex quibus per siphones & fistulas balneis, nedum in sole expositis, verum etiam pensilibus, calidam ministrabant, quę post lauationem inutilis per canales in inferiorem partem inde subterraneis meatibus in Cloacas mittebatur. Habebant Thermæ etiam Apodyteria in quibus balnea ingressuri vestes deponebant, vt ostendit Plinius in Epistolis. Habebant & areas amplissimas, porticibus spaciosissimis circundatas, camerataque superbissimis fornicibus ædificia in circuitu habentes, in quibus diuersi coloris marmoreæ, ingentésque columnæ, quarum quædam stantes, nonnullæ vero iacentes adhuc cernuntur, multæ ad Templorum ornamenta translatæ. Pauimenta vero lithostrata diuersis lapidibus conspicua, parietésque marmoreis tabellis in multis incrustati. Erant etiam Xisti nemora & natatoria populi ludus, delitiisq; exposita, qui propterea frequens in Thermis versabatur, Principesq; ad id insanię venerãt, vt cum eo promiscue lauarent. Spartianus de Hadriano; publice, inquit, & frequenter cum omnibus lauit; vnde cum veteranum quendam notum sibi in militia dorsum & cæteras partes corporis vidisset atterere, percõtatus cur se marmoribus distringendũ daret; vbi audiuit hoc idcirco fieri, q; seruum non haberet, seruis eum donauit & sumptibus: Verum cum alio die complures senes ad prouocandã principis liberalitatem hoc idẽ facerent, euocari eos iussit, & aliũ ab alio defricari. Tradunt autẽ M. Aurelium Antoninũ lauacra mixta prębuisse. Lauandi vero tanta fuit Commodo Imp. voluptas, vt septies in die lauerit, in balneisq; sæpe cœnitauerit. Iulius Capitolinus scribit Gordianũ Iuniorem septies in ęstate, hyeme bis lauisse. Qui cum sępe mulieres pulcras & puellas, & cũ iis anus deformes admitteret, se iocose id facere dicebat. Alexander syluas in Thermis deputauit oleumq; luminibus thermarũ addidit, cum ante non ante auroram paterent, & clauderentur ante Solis occasum.











EXCEVPTVM EX LIBRO MANVSCRIPTO IVLII ROSCII .

N.

DE PYRAMIDIBVS ET SEPVLCRO C. CESTII, AC HORREIS Pop. Rom.

PYramides appellantur quadratæ moles, more flammæ surgentes, vnde ἀπὸ τοῦ πυρὸς deductas multi volunt. Steph. autem aliam huius nominis tradit Etymologiam. Pyramides, inquit, in Ægypto ędificium, in quod feruntur, expensas fuisse in cepas, allia, & caseum talenta decem millia & quingẽta. Nominatæ sunt autem pyramides ἀπὸ τοῦ πυρὸς id est à tritico, quod illuc conducẽs Rex penuriam fecit frumenti per totam Ægyptum. Rationem excidendi atque statuendi pyramides docet Plinius hoc modo: Dicantur Pyramides in eadem Ægypto regum pecuniæ ociosa & stulta ostentatio, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset ociosa. Extat adhuc ex omnibus vna apud portã Hostiensem mœnibus Vrbis inclusam, quæ fuit Sepulcrum C. Cestii Septemuiri Epulonum, quemadmodum huiusmodi probat index.

C. CESTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL. VII. VIR. EPVLONVM.

Inferius vero literæ minores leguntur hæ:

OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS CCCXXX.

ARBITRATV

PONTI. P. F. CLAMELÆ HÆREDIS ET PONTHI. L.

Blondus autem fuisse totius collegii Septemuirûm epulonum sepulcrum existimauit. Epulones enim dicebantur, qui epulas aliis instituendi potestatem habebant, auth. Cic. tertio de Oratore.

HORREA POPVLI ROM.

HOrrea Pop. Rom. CXXXX. inter Testaceum & Tyberim fuisse, marmor effossum in vinea Marcelli de Capozucchis, tali inscriptione ostendit:

NVM. DOM. AVG. SACRVM FORTVNÆ CONSERVATRICI HORREORVM GALBIANORVM. M. LORINVS FORTVNATVS MAGISTER. S. P. D. D.

Apud Tyberim, in eo ambitu, fuit Hyberna lucus, de quo Ouidius ita meminit:


Adiacet antiquæ Tyberinæ lucus Hyberinæ,
Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.

Capenam autem oppidulum in eodem ambitu fuisse, quidam tradidere.


AT PORTAM OSTIENSEM
E REGIONE MONTIS TESTACEI
ANNEXVM MOENIBVS
C.CESTIVS L.F. POB.EPVLO P.R.
TR.PL VII VIR EPVLONVM.
OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMĒTO DIEB.XXX
ARBITRATV
PONTI.P.F.CLAMILAE HEREDIS ET POSTHI L.
D M
C TERENTIO
C L SCOLONI
N. 2

QVid sit *Obeliscus* & cuius rei causa inuentus, *Marcellinus* tradidit, eius verba sunt hæc: In hac autem Vrbe inter labra ingentia, diuersasque moles figmenta Ægyptiorum numinum exprimentes, Obeliscos videmus plures, aliosque iacentes & comminutos, quos antiqui reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati montiū venis, vel apud extremos orbis incolas perscrutantes excisos, erectos Diis superis in religione dicarunt. Est autem Obeliscus asperrimus lapis in figuram metæ cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, vtq; radium imitetur gracilescens paulatim, specie quadrata, in verticem productus angustum, manu leuigatus artifici. In plerisque visuntur literæ Hieroglyphicæ insculptæ, de quibus mentionem sic facit: Formarum autem innumeras notas Hieroglyphicas appellatas, quas ei vndique videmus incisas, initialis sapientiæ vetus insigniuit authoritas. Volucrum enim ferarumq; etiam aliena mundi genera multa sculpentes, ad æui quoque sequentes ætates Imperatorum vulgatus peruenire memoria promissa, vel soluta regum vota monstrabant. Non enim vt nunc literam numerus præstitutus & facilis exprimit quicquid humana mens concipere potest. ita prisci quoque scriptitarunt Ægyptii. Sed singulæ literæ singulis nominibus seruiebant, & verbis nonnunquam significabant integros sensus, cuius rei scientia in his interim duobus habet exemplū: Per Vulturem naturæ vocabulum pandunt, quia nullos mares posse inter has alites inueniri rationes memorant Physicæ; perque speciem apis mella conficientis indicant regi moderatori cum iucunditate aculeos quoque innasci debere, his signis ostendentes & similia plura. De huiuscemodi literis meminit & Corn. Tacitus; Obeliscos ex lapide simithe esse tradit Plinius hoc modo: Trabes ex simithe fecere reges quondam certamine, Obeliscos vocantes, Solis numini consecratos radiorum eius argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Ægypti. Primus omniū Rex Methres Obeliscum instituit. Obeliscos autem, qui Romæ sunt, nulla Ciuium opera aut cura excisos constat; sed Thebis ex Ægyptiacisue vrbibus perductos, vt idem Plinius & Marcellinus testantur. Is qui in Schemate hic apponitur, Romæ positus, proceritate in excelsum adeo assurgit, vt suspiciētium radii visiui apicem eius nunquam assequi valeant, cœlo quatumuis maxime sereno: Globum autem satis ampla mole supra extantem, non nisi sole splendente discernant: Vnde non iniuria vnum ex septem mundi miraculis celebratur.

FINIS.


N 3

